


Call 6
27⁵⁰ 1966
Wormser

~~91~~

OF GEMS & GEM CUTTING



MINERALOGY · EMERALD · AND · OTHER · BERYLS · CATALOG

GEMSTONES · OF · NORTH · AMERICA · PROSPECTING · FOR · GEM

EX LIBRIS

JOHN · SIN · KAN · KAS

MINERALS · AND · STONES

556
00028942

DISSERTATIO

De

MARGARITIS,

Quam

ASSISTENTE MAXIMO JEHOVA

In Inchyta & florentissima Argentinensium

Universitate

SUB PRÆSIDIO

JOH. RVDOLPHI SALTZ-

MANNI, Philos. & Med. Doct. Philos. Na-
tur. Profess. & Facultatis Medicæ

Affessoris,


SOLENNITER

Pro ingenii viribus defendere conabitur

JOHANNES Hertel / Argentinens.

Ad d.

h. l. g. conf.



ARGENTORATI,

Literis JOHANNIS WELPERI.

Anno M. DC. LXIX.

1669

VIRIS JUVENIBUS

*Tam splendore generis, quam eruditione ac
virtute Nobilissimis, Clarissimis DNIS.*

M. JOH. FRIDERICO MEYERO, Lipsiens.

S. S. Theol. Stud.

GEORG. WOLFFGANG. MEICHSNERO, Roteb.

Tub. S. S. Theol. Stud.

FRIDERICO WIEGERO,

PHILIPPO LUDOVICO KÜNAST,

} Argent. LL.
Stud.

JOH. FRIDERICO LEONHARD, Argent. Philosoph. Stud.

M. GEORG. LUDOVICO RÖGNER, Argent.

JOHAN. VALENTINO WILLIO, Colmariens.

Med. Stud.

JOSEPHO CHRISTOPHORO LOH, Argentinenf.

Phil. Stud.

JOHAN. NICOLAO KÄMPFFERO, Argentinenf.

Phil. Stud.

M. JOHANNI SCHMIDIO, Argent. SS. Theol. Stud.

JOHANNI BÖCKLERO, Argent. Philos. Stud.

ANDREÆ RÜBNERO, Uffenh. Franco, Med. Stud.

JOH. GEORGIO HOFFMANNO,

JOHAN. THEOBALDO RIEHL,

RUTILIO FUCHSIO, Röttelano Philos. Stud.

} Philosoph. Stud.

Fautoribus, Amicis & Commilito-
nibus suavissimis, dilectissimis

Hanc Dissertationem

D. D. D.

JOHANNES Dertel / Argent.

A. & R.



A. M. J.

PRÆFATIO.



Are, admirabile illud naturæ opus, facile terram & multitudine & varietate animalium, aliarumque rerum superare, nedum æquare videtur. Imò nihil terram habere, quod non etiam mare habeat, si solum ratione præditum istud animal excipias, affirmare auderemus. Continet enim in se unicornes, equos, vitulos, canes, lepores, &c. imò plura, quæ illa nunquam agnovit. Si de plantis terræ gloriari lubet, nec hîc quicquam mari deest; alia enim ut præteream, quid corallia aliud, quàm mirabilis planta maris? (*Sennert. phys. l. V. c. 4.*) Insignem terræ dignitatem gemmæ, ex intimis cavernis erutæ, conciliant; decederetque aliquid præstantiæ in hoc mari, nisi damnum, nitidissima illa conchæ proles resarciret. Margaritas dico, quarum elegantissima forma, & ineffabilis in medicina virtus commovet Sanctum Augustinum, ut in *explicatione Apocal. c. 21. v. 1.* Neminem alium per illas quam Salvatorem nostrum intelligeret, teste *Gabelchovero in notis ad Bacchi de gemmis c. 16.* Imò CHRISTUS ipse, æternam vitam cum illis

A

compa-

comparare non dubitavit. Harum præstantiâ moti & nos differtatiunculam, quantum excellentia illarum tenui nostro permiserit calamo, instituere tentavimus. Quod ut felix faustumque fiet! coelestem intimis rogamus precibus Margaritam, ut Spiritu suo Sancto ex altis nostris favere conaminibus non dedignetur.

CAPUT I. DE ONOMATOLOGIA.

§. I.

ONOMATOLOGIA.

ANtequam pedem ad ipsam promoveamus tractationem, non tam necessarium quam utile erit, si de ONOMATOLOGIA MARGARITARUM quid præmittamus. Teste enim Platone in *Gorgia* ὁ ἀντὶ τὰ ὀνόματα εἶδη, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα, nominum gnarus, gnarus rerum. Primo igitur loco Synonymiam, sive varia quæ fortitur hæc vox nomina considerabimus. Deinde Etymologiam, seu unde originem trahat, explicabimus. Denique Homonymiæ sive variæ illius acceptioni invigilabimus.

SYNONYMIÆ. §. 2. SYNONYMIAM quod concernit, aliis apud alios gaudent Margaritæ nominibus: In Latio appellantur Margaritæ in fœmin. gen. Varro apud Nonium, teste *Buchner. in Fabro emendat. f. 563.* Item Margarita in neutro genere. *Tacit. in vit. Agric. c. 12. v. 9. Mæcen. in vita Horat. apud Sueton. teste Buchner. l. c. Solin. polybist. c. 56. Calvinus Lexic. lurid. fol.*

F *Reyher. in Thes. Serm. Latin. part. 1. pag. m. 4330.* Margaritum appellari, eamque vocem à Latinis præferri, interdum masculino, interdum etiam neutro genere notat *Al-drovandus apud Cas. de mineral. l. 4. p. 2. c. 7. &c.* Vocantur & Uniones, *Marcellin. l. 13. rer. gestar. Marbodaus c. 60. Solin. polybist. c. 56. Isidor. orig. l. 16 c. 10. apud Rolsinc. dissert. chym. 3. c. 1. Plin. l. 9. c. 35. &c.* Quamvis hoc nomen tantum majoribus
 © *Franzius Histor. Animal. pag. m. 697.* competere

competere scribit *Garcias ab Horto Aromat. hist. l. 1. c. 57. Fragosus hist. medic. Indic. tr. 1. c. 11. Schræder. pharm. l. 3. c. 7. Boëtius de gemmis l. 2. c. 36. AELIUS Silo apud Plin. l. c. &c. Veniunt & sub nomine PERLARUM. Jonston. notis. regn. miner. tit. 2. c. 4. art. 7. Rolsinc. l. c. Boëtius de gemm. l. c. &c. LAPILLOS nominare, aude[n]t nixus autoritate Martialis, Curtij & Horatij Salmuth. in not. ad memorab. Panciroll. ad tit. de pretios. lapid. p. 70. Calvinus Lexic. Iurid. l. all. Dicuntur & Martiali Gemmæ Erythræis eruta vadis. Hieronymo, Rubri maris grana. Tertulliano lib. de habit. mulieb. Poma maris, item duræ & rotundæ veruicæ conchæ. Salmuth.*

F. O. Grembs Arb. Integr. & Ruinos. Rom. pag. m. 510.

§. 3. GRÆCIS audiunt τὸ Μάργαρον, Pausan. in Arcad. Item ὁ μαργαρίτης λίθος, vel ἡ μαργαρίτις, masc. vel fœm. gen. Athena. l. 3. Dipnosoph. AELIAN. hist. animal. l. 10. c. 14. & l. 15. c. 8. Plin. l. 9. c. 35. apud Scapul. Lexic. Græc. f. 1002. & Rolsinc. l. cit. qui addit adhuc sub iudice litem esse, utro genere apud Græcos efferatur. *Zeñ.* in adag. sac. pag. 263. deducit nomen Margarit. ἀμαράνη

ἀμαράνη

§. 4. ARABIBUS & PERSIS vocantur lulu Boëtius de gemmis l. 2. c. 36. Lulu scribit *Garcias ab Horto Arom. hist. l. 1. c. 57. Item Fragosus tr. 1. hist. medic. Indic. c. 11. & Casp. l. c. &c. INDIS Mori. MALANARIBUS Mutu, LUSITANA*

amara cristula. Margaritæ enim in crustis ostreis aut conchis nascunt, tandemque sunt lucida, gustu amara.

Item Schræder Pharm. Med. Chym. lib. 3. cap. 7.

NIS Aliofar. Boëtius, Garcias ab Horto, Fragosus, & Casp. l. cit. In Insula Ormuz Aja appellantur. LINDSCHOTT Ost Indische Reise Beschreibung p. 52. SINENSES Mingyne (quod in vernacula nostra sonat ein Stein des hell leuchtenden Mondes) nominant. Neuhoff Allgemeiner Beschreibung des Reichs Sina c. 6. p. 382.

In Titant. Reyhero in Thes. Sermon. Lat. part. 1. pag. 4359. Vid. & Christ. Beckmanni de Origin. ling. Lat. pag. m. 659.

§. 5. GALLIS dicitur une Perle, ITALIS Perla, HISPANIS la Perla. *Lonicerus in Herbar. part. 7. c. 15. & Casp. l. c. Nobis ein Perl.*

§. 6. ETYMOLOGIAM sive originem hujus vocis quod attinet, Margaritum non esse Latinam, sed municipali jure factam, scribit *Rolsinc. Dissertat. Chym. 3. c. 1. Isidorus orig. l. 16. c. 10.* Latinam derivationem adducere laborat, dum quosdam inde Margaritam vocare scribit, quod in conchis maris hoc genus lapidum inveniatur.

ETYMOLOGIA.

§. 7. Unde Unionis Etymon? Nondum inter Autores

convenit. *Ammianus Marcellinus l. 13. rer. gestar.* Uniones sic appellari ait, quod Indica & Persica conchula singulos aliquoties pariant sed majores. Consentit cum hoc *Marbodaus cap. 60.* cum ita cecinit :

Tollitur è conchis species memoranda marinis
Unios dictus ob hoc quod ab una nascitur unus.

Item *Aelianus Silo apud Plinium l. 9. c. 35. Solinus Polyhist. c. 56. Isidor. l. cit. Gabelchov. in notis ad Bacc. de gemm. cap. 16.* Merito verò refutatur hæc sententia, tanquam experientia maximè contraria. Scribit enim *Aelianus histor. animal. l. 10. c. 13.* in una concha 20. procreatos fuisse uniones. *Americus Vesputius* in secunda sua navigatione refert, Indos sibi quasdam conchas dono dedidisse, quasdam etiam se coëmisse, in quibus 130. uniones repererit. *Ionston. Thaumalog. class. 8. c. 15.* Indicarum rerum Scriptores referunt, nonnunquam 7. nonnunquam decem, nonnunquam plures in una concha reperiri. *Brassavolus apud Cas. de miner. l. 4. p. 2. c. 7.* ait, se vidisse septem margaritas una concha inclusas, & Lusitanos, qui Indicam navigationem fecerunt, testari 130. uniones una concha capi. *Cardanus de rer. variet. l. 7.* Plures in una concha esse haud dubium est, ait. Potius igitur *Plinii* fovenda est sententia, qui l. c. inde uniones dici ait, quod nulli duo indiscreti, h. e. ut *Aldrovandus (l. 3. de testaceis c. 42.)* explicat, non planè similes vel magnitudine, vel colore, vel figura &c. reperiantur. Subscribit huic sententia *Brassavolus, Mylius &c. apud Cas. l. d. Garcias ab Horto histor. arom. l. 1. c. 57. Rolfinc. loc. all. & alij.*

§. 8. *Μαργαρίτην* pro barbara agnovit voce *Casaubon. Animadvers. in Athen. l. 3. c. 4. Georgius Passor in Lexico suo Græco p. 449. à μαργαρίτω*, luceo, deductam esse censet.

§. 9. Lusitanis Aliofar dicuntur, quod Arabicè sonat de Iulfar: Ise enim est portus, ubi laudatissima generantur. Et quia nostris notior fuit initio hic portus, ab illo nomen Margaritæ indiderunt Lingua Arabica Aliofar. *Garcias ab Horto hist. arom. l. 1. c. 57. Fragosus hist. medic. Indicar. tr. l. c. 11. Anselmus Boërius de gemmis l. 2. c. 36.*

§. 10.

⊙
Franzius
in Hist. Anim.
pag. m. 698.
dicit quod quædam
conchæ prolysis
sunt in hæc, quæ-
dam habeant
unum, quædam vi-
ginti uniones.

§. 10. Superest ut etiam aliquid de Homonymia sive HOМOΝΥΜΙΑ. varia hujus vocis acceptione agamus. Est itaque Margareta I. Nomen proprium virginis cujusdam nata Antiochia in Pisidia sub Diocletiano Imperatore, varia tormenta & tandem gladium propter confessionem CHRISTI perpessa. *Theophilus Lebeus in Onomastic. Theolog. lit. m. & Pezelius oration. de Margaritis.* II. Meminit *Plinius l. 27. c. 11.* Herbae cujusdam nomine lithospermum, gerentis juxta folia singulas veluti barbulas, & earum in cacuminibus lapillos candore & rotunditate Margaritarum &c. III. Margaritae apud eundem *Autorem l. 12.* est palmae genus. IV. Meminit *Joh. Neuhoff. in der allgemeinen Beschreibung des Reichs Sinae c. 17. p. 382.* Lacunae quae guttulas aquae margaritae perquam similes emittit, his verbis: *In der Provinz Huquang sithet man bey der kleinen Stadt Nanchang, einen Psuel Cinchu, das ist / der Perlen Psuel genandt: Weil am Ufer desselben / wo man alldar im gehen was hart zuritt / allenthalben Wasser in Perlen Gestalt / auß der Erden springet.* Nec unionis vocabulum semper uno eodemque modo accipitur. Vel enim est verbum & significat vereinigen; vel nomen est, & effertur vernacula eine Vereinigung. Unionum nomen ad cepas etiam translatum refert Salmasius in exercitat. Plinian. ex Columella, ad eas videlicet quae simplices sunt, nec fructificarunt, & nullas soboles adherentes habent. *Buchner. in Fabio emendas. fol. 1500.*

CAPUT II.

Quid proprie sint Margaritae, Causae, & illarum Descriptio.

§. 1.

PRæmissa Onomatologia inoffenso, ut ajunt, pede ad ipsam tractationem gradum dirigere possumus. Consideraturi I. Quid sint. II. Causas explicaturi. III. Descriptionem illarum exhibituri.

§. 2. Quid propriè sint, & quo referantur, inter Eruditos maximè controvertitur. Margaritas nec gemmis nec lapillis contineri satis constitisse ait *Sabinus lib. ad Vitell.* quia con-

F.O. Grembs cha apud rubrum mare & crescit & coalescit. *l. 19. §. Margari-*
Art. Int. & Ruin. *tas autem. 18. ff. de auro, argento, mundo, &c.* JCTIS nec la-
Hom. Marga- pillorum nec gemmarum nomine veniunt, *Alciatus l. 3. de ver-*
ritas numerat bor. signif. apud *Calvin. Lexic. lurid. f. 564. Cas. de min. l. 4. p. 2.*
inter lapides. *pag. m. 39.* c. 7. Quibusdam sunt veluti nuclei concharum. *Ionston. Thau-*
of 510.

Idem Textor. matog. class. 8. c. 15. Aliis concharum partus. *Ionston. l. 6. Plin.*
Officin. p. m. 1.9. c. 35. apud *Fragos. hist. medic. Indic. tr. I. c. II. Sperling. Inst.*
1156. phys. l. 6. c. 6. q. 2. Aliis ova, quæ de seipsis producent conchæ.

Idem Timplery Alii volunt esse medullam conchæ. *Chares Myrilenæus apud*
Physic. part. 2. pag. 473. *Athenæum* ossa ipsas vocavit, teste *Fragoso l. cit.* Philostratus
Idem Horstig unionem in conchis locum cordis habere affirmat apud *Casium*
Compend. Phys. l. d. *Paracelsus de cælo Philosophorum* de Margaritis ita fabulatur:

Hippocrat. Diss. Margarita ist ein Perlin/ aber nicht ein Stein: dann es wachset
s. p. m. 6. in den Meer. schnecken/ ist nicht eigendlich Stein / sondern es ist
 des Pöffels Meinung/ der haltet für Stein / aber es ist eigendlich
 eine verkehrte Natur / über ein vollkommenes Werck. Esse au-
tem lapillos, & inter gemmas referri posse, sequenti probamus §.

Nucleos quod nonnullis sint, esse tantum locutionem meta-
 phoricam censemus. Medullam verò, cor atque ossa esse cum
Aldrovando, quia non in omnibus conchis semper reperiun-
 tur, partes autem illæ animalibus valdè necessariae sunt; rejici-
 mus. *Paracelso* respondere non opus est, dicit quidem quid non
 sint, sed quid sint, ipse verbis exprimere non potest. Nonnul-
 lis morbus & superfluitas conchæ sunt, *Fragos. l. c.* Grandinem

concharum esse, sunt qui putant, *Ionston. Thaum. l. d.* Pro duris
& rotundis verrucis agnovit eas *Ionston. Notit. Regn. Mineral.*
Tit. 2. c. 2. art. 7. Verro phys. l. 6. c. 3. Aliquid conchis adnatum
veluti excrementum esse *Renodæus scribit de materia med. l. 3.*
c. 23. Sed dicimus cum *Rolfincio differt. chym. 3. c. 4.* A verita-
 te planè alienum esse, pulcherrimum aded opus naturæ, & rem
 nitidissimam splendentemque, morbofi affectus esse effectum,
 aut ex malè misto humore, generari rem illam, quæ cordi robur
 afflat, animum exhilarat, cardiacosque insultus fugat. Quod de
 grandine & verrucis dicunt, modum tantum in hæsiõnis in carne
 designari putamus.

§. 3. Sed

Vid. plur. apud
Crist. Beermann
de Orig. ling. lat.
pag. m. 659.

§. 3. Sed verior sententia, in quam & nos imus, ea est, quæ inter lapillos pretiosos seu gemmas, eas numerat. I. enim nitur autoritate doctissimorum Virorum, Plinii l. 37. c. 2. So-
lini, Isidor. Theophrast. Androsten. Albert. Magn. Ruci, Mylii, Cau-
fini, Majoli, Alcasaris, apud Cas. l. d. Magyri phys. l. 5. c. 2. thes. 67.
Schræder. pharm. l. 3. c. 7. & c. II. Rationibus validis minime
est destituta. Gemmæ definiuntur, quod sint lapides parvi,
rari, duri, & pulchri, à natura procreati. Boëtius de gemm. l. 1. c. 1.
Quis non hæc omnia margaritis competere animadvertit? De-
inde, si precium & vires, ad gemmas necessariò requiruntur, ut
& requiruntur teste Boëtio l. all. quis illis præditas margaritas
esse negabit? Nil igitur è lapidum numero illas ejicere videtur,
quam l. Locus natalis, quod nimirum in aqua generantur; sed
ad essentiam lapidis, locum natalem non multum facere con-
stat. II. Quod non sint pellucidæ; sed & hoc non necessariò
ad gemmas requiri testatur Turcois, Lazulus & alii opaci pretiosi
lapides

§. 4. Inter res marinas refert illas Plinius l. 37. cap. 4.
Ad Exanguia, tonston, Thamar, class. 8. c. 15. Solinus teste Sal-
mutb. in not. ad Panciroll. memor. de lapid. pretios. in lapillorum
genere habet. Inter lapides, qui in animalibus nasci solent, re-
centet Commenius phys. c. 8. p. 121. cui & nos subscribimus.

§. 5. Satis jam, quid sint, explicatum arbitramur: causas
illarum ut indagemus sequitur. Causa itaque efficiens non
est calor & frigus, uti Aristoteles voluit, neque calor ipsius ani-
malis, uti Baccius de gemm. c. 16. putat, sed Spiritus lapidificus.
Boëtius l. 1. de gemm. c. 8. Sennert. phys. l. 5. c. 4. & ex quo Sper-
ling. l. 6. c. 5. q. 1.

CAUSA
EFFICIENS.

§. 6. Causa materialis controversâ iterum non caret. Plinius
rorem esse voluit, l. 9. c. 35. Hunc sequuntur Solinus po-
lybist. c. 66. Johnson. Lexic. chym. p. 134. Baccius de gemm. c. 16.
& ad h. l. Gabelchov. qui adducit Theophrastum, Ruus l. 2. de gem-
mis c. 13. Rhumel. Antidor. chym. p. 120. & alii. Pluviam in
Aprili delapsam facit Lindschott Ost Indische Reiß. Be-
Schreibung, forè ex Athenæo l. 3. Dipnosoph. apud quem Isidorus
Characenus in Descript. Parthia hanc opinionem fovet, Paracels.
l. de morb. tartar. est gutta sanguinis. Humorem excremen-

CAUSA
MATERIALIS.

tium

titium pisciculi. *Renodius de materia medic. l. 3. c. 23.* agnoscit. Sed non esse rorem, neque imbrem, in sequenti capite de generatione demonstrabimus. *Paracelsum* quod attinet, certè ridicula ejus videtur sententia, cum sanguinem conchis non inesse omnibus pateat. Sententia itaque veritati maximè consentanea, quam & nos amplectimur, hæc est: Esse nimirum materiam margaritarum humorem succulentum, terreum, viscosum, & aqueum, ex quo & testa conchæ concrescit. Probamus hoc assertum Autoritate *Sennerti phys. l. 5. c. 5.* *Schröder. pharmac. l. 3. c. 7.* *Gassend. de lapid. & metall. c. 2.* *Auctor Systemat. phys. Gorhan. l. 4. part. spec. c. 2. §. 35.* Imò habemus experientiam sæpius laudati *Boëtii l. dict.* Denique color testæ semper margaritarum colori similis, maximum ad hoc assertum stabiliendum est argumentum.

Materia
Margaritarum
quæ?

CAUSA
FORMALIS

§. 7. Causa formalis Margaritarum ob lapsum primi hominis, ut multa alia, intellectum nostrum fugit, ut non possimus illam ut par esset (teste *Dannhavy. in dialect. p. 14.*) denominare. Dicamus tamen cum *Boëtio l. 1. c. 10.* esse virtutem illam lapidificam, quæ vel materiæ præparatæ infidet, vel efficienti causæ accedere debet, ut lapis fiat. Causa finalis est, ut homo inde suas accipiat utilitates, præcipuè autem cor roboret.

CAUSA
FINALIS

§. 8. His itaque præsuppositis, facile erit descriptionem quandam margaritarum exhibere, quæ talis esse potest. Margaritæ sunt lapides pretiosi, ex eodem humore, ex quo testa beneficio spiritus lapidifici, in conchis margaritifera, in hominum utilitatem, præcipuè autem ad cor corroborandum, concreti.

Definitio
Margaritarum.

CAP. III.

DE

GENERATIONE.

§. 1.

Generatio naturalis. **G**eneratio Margaritarum vel est naturalis, vel artificialis. Naturalis quomodo fiat, inter doctos magna controversia est. *Plin. l. 9. c. 35.* his verbis eam notat: Conchas, inquit, ubi

quod ex rore
generentur
statu etia
Weckerus
de Secretis
lib. II. cap. 2.

ubi genitalis anni stimulerit hora pandentes sese quâdam
oscitatione impleri roscido conceptu tradunt, gravidas postea
eniti, partumque roscarum margaritas pro qualitate roris ac-
cepti; si purus influxerit, candorem conspici; si verò turbidus,
& foetum fordescere. &c. Subscribit huic sententiæ Solin. Po-

Mirabilis dicitur
esse generatio unio-
num, s. Margarita-
rum, & ita sese ha-
bere: Tempore Veris
concha vetantur in
Solo arenoso, ut sese
tepefaciant. Mira-
bili igitur natura
ordine sentiant sti-
mulos quorundam Ve-
neris, ideog expan-
duntur & ostant,
& implentur rore
coeli, quem intra se
conceptum ex divina
providentia ita ela-
borant, ut fiat quasi
foetus, & ut inde sit
expectandus partus,
qui nihil aliud est quam
margarita. Franzium
in Histor. Animal.
pag. m. 697.
de Generatione vid. &
Temperum Phys. part.
2. pag. 480.
Et Weckerus de Secretis
pag. 435.

ly hist. c. 66. Isidor. l. 16. c. 10. Alcasar. notat. 37. in cap. 21. Apo-
calyps. ap. Cas. l. d. Ammian. Marcellin. l. 23. hist. Theophrast. apud
Gabelchov. in not. ad Bacc. de gemm. c. 16. qui eandem opinio-
nem habet. Magir. phys. l. 5. c. 2. in comment. ad lit. N. Salmuth.
in not. ad Panciroll. de lap. pretios. Johnson. Lexic. chym. p. 134. & c.

§. 2. Sed meritò hanc sententiam tanquam veritati mi-
nus congruam rejicimus; etiam si doctissimorum virorum auto-
ritate firmata videatur. I. enim & nos autoritatem, non sper-
nenda eruditionis virorum habemus. E. g. Aldrovandi l. de re-
stac. 3. c. 14. Oviedi hist. l. 9. c. 8. Ionston. Thaum class. 8. c. 15
Vossii, Rondeletii, Cardani & aliorum. II. Falsam esse patet in-
de, quia conchæ margariferæ in profundo maris degunt altius
20. Orgyiarum. (Vossius de orig. & progress. Idololatr. l. 4. c. 47.
Characeni. in descript. Parth. apud Athenæum dipnos. l. 3. c. 14.
Ovied. l. cit. & c.) quòd vix ipsi solares radii penetrare possunt;
multò ergò minus penetrabit roscidus aër. Responderi solet
inquit Vossius loc. cit. conchis tantum esse prudentiæ, ut fundum
petant simulac conceperint. Sed obstat, quod conchæ maximas
habentes margaritas, creentur in profundo, talesque non va-
gentur, sed adhærescant fundo, Aldrovand. apud Cas. & Voss. l. c.
quod tamen contra evenire deberet, stante Plinii sententiâ.
III. Accedit ipsa Boëtii experientia, l. 2. de gemm. c. 37. de qua
vide §. 5. hujus capituli.

§. 3. Isidor. Characenus in descript. Parth. apud Athen. l. d. Generationis
ex crebro tonitru & imber largiori fieri censet, cum ait: $\varphi\alpha\sigma\iota\ \delta\epsilon\ \sigma\upsilon\pi\iota\omega\upsilon\epsilon\iota\varsigma\ \epsilon\iota\sigma\iota\ \eta\ \delta\upsilon\mu\beta\rho\omega\upsilon\ \epsilon\gamma\chi\upsilon\sigma\epsilon\iota\varsigma\ \tau\omicron\tau\epsilon\ \mu\alpha\lambda\lambda\omicron\upsilon\upsilon\ \tau\eta\eta\ \pi\iota\upsilon\upsilon\alpha\upsilon\ \kappa\upsilon\epsilon\iota\upsilon\ \eta\ \eta\ \pi\lambda\epsilon\iota\sigma\tau\eta\ \gamma\iota\upsilon\epsilon\theta\alpha\iota\ \mu\alpha\rho\gamma\alpha\rho\iota\tau\eta\ \eta\ \delta\upsilon\mu\epsilon\gamma\epsilon\delta\eta.$ i. e. Ajunt
cum sæpè tonat, & imber largior effunditur, tunc pinnas concipi-
pere, unionesque plurimos generari, & insignis magnitudinis.
Lindschott Ost Indischen Reiss Beschreibung illorum
generationem tantum pluvius adscribit his verbis: Wenn es im
Aprill viel Regen gibet/ findet sich ein gewis Geschlecht oder Art

Vid. Franzium
libr. cit. p. 699.

Aufstern welche ein Bewegung haben / gleich den Cappelant in Italia, die erheben sich auff das Meer wasser / thun sich auff / empfangen vnd fassen erstliche Tropffen von dem Regen in ihren inwendigen Theil hinein / schliessen sich hernach widerumb zu / sincken widerumb auff den Boden / und werden nachmals alle solche Tropffen zu Perlen. Ex rore & fulgure fieri scribit Causinus l. 11. Symbol. 64. ex S. Gregor. Thaumaturg. l. 14. c. 13. & alii apud Aldrovand. l. all. Sed quia nos latet tantam vim tonitru inesse; neque imber ad illas in gurgite maris latentes descendere potest; itaque merito tanquam falsas opiniones cum priori ejiciamus; etiam si Rucus illas excusare atque defendere laborat: si ita de gemm. l. 2. c. 13. Quod ad earum originem attinet, varia est autorum sententia, cujus tamen diversitatem, dissimili earum genesi acceptam tulerim, non autem illorum aut ignavia aut oscitantia; nec enim video, cur cuiquam mirum videri debeat, si pro diversa caeli constitutione, illarum generatio variet. Quid namque prohibet aliter nasci eas, quae ab Erythraeo maris quaeve à Taprobane & Troidis, vel etiam ab Arabiae petuntur littoribus: Secus autem quae à Paria vicinisque Austrinis vel etiam Occiduis Septentrionalibusque Oceanis ab edoctis urinaris solertissima petuntur arte. Proinde Plinium rerum naturalium peritissimum nullius inscitiae aut negligentiae insimulandum censeo, quod de margaritarum natalitiis aliter scripserit quam Austrinarum, Occiduarumque nuper inventarum Regionum lustratores literis prodidere, quorum monumenta praeter eo, ne prolixior fiam. Sed hanc excusationem nullam esse expressis patet. Deinde varia constitutione caeli quomodo materia mutetur, non possumus videre,

§. 4. Job. Tzet. apud Ces. de miner. l. 4. p. 2. c. 7. putat in mari generari quosdam lapillos, qui cum in concham ceciderint, hujus testae levitate, nitoreve acquirere splendorem, sicque fieri uniones. Sed merito refellit hanc opinionem Aldrovandus apud Ces. l. d. I. Quia in concharum carne interdum inveniuntur uniones rotunditate insigni, & splendore; igitur carnem quamvis mollem penetrare non possunt. II. Quia testis concharum plurimi uniones interdum adnati cernuntur. Ex ipsamet concharum carne generari uniones putat Massarum apud Aldrovand.

Aldrovand. l. c. Androstheneſ apud Athenæum, perinde ac in ſui-
bus grandinem in conchis margaritas gigni aſſerit, cui Juba ſub-
ſcribit, referente Plinio apud Ionſon. Thauemar. glaſſ. 8. cap. 15.
Renodauſ. l. 3. c. 23. & Alex. Benedictus apud Ionſon. l. d. Lapi-
dum in diverſis naſcentium animalibus comparant origini. In-
di qui Cabaguam inſulam incolunt, eo naſci modo tradunt, quo
in Gallinis ova. Nam hæc grandiora, foramini ſunt propin-
qua, citiusque excluduntur; in uteri interioribus, minora re-
condita jacent. id. ibid.

§. 5. Verum autem modum generationis illum eſſe cen- Generatio-
nis
verus modus.
ſemus, quem deſcripſit Bœrius l. 2. de gemmis c. 37. his verbis:
Ex conchis margaritas exemi complures, ac deprehendi in ani-
malis corpore naſci ex eo humore, ex quo teſta conchæ excre-
ſcit. Humor enim ille teſtæ adhærens, quia ex terreo, viſco-
ſo ac exactè in minima (ab aqueo animalis humore) reſoluto
conſtat, ſicceſcit paulatim & induratur, ac certo tantum tempo-
re, non ſemper, ab animali pro teſtæ fabrica eructatur. Hinc
fit, conchas multiplici conſtare cute, dum poſterior exiccatur,
priuſquam nova adjiciatur. Dum humor ille ab animali mor-
boſo eructari ac expelli non poteſt, ac in corpore hæret, deti-
neturque, ſi ibidem exiccetur; rudimentum atque initium fit
margaritæ; quæ adjecto ſæpius novo humore, eoque exiccato,
cute ſubinde novâ augetur, ac in unionem abit, non ſecus
quàm in fellis veſicula, & urinæ veſica lapides generantur.
Quorum materia, quæ per urinam expellitur, dum in corpore
veſicæ detinetur, ibidem exiccatur, & in lapidem abit. Hoc
modo Bezoar in capris Indicis multiscuticulis generatur, &c.
Hujus viri experientiam (quia maximè cum natura margarita-
rum convenit) pluris æſtimamus, quàm reliquorum omnium
autoritatem. ſubſcribit huic ſententiæ Gaſſend. de lapid. &
metall. c. 2. NOBIL. & EXCELL. DN. D. ALBERT. SEBIZ. in præ-
lect. public. Roſinc. diſſert. Chym. 3. c. 4. Autor ſyſtem. phyſ. Go-
rhan. l. 4. part. ſpéc. cap. 2. §. 29.

§. 6. Fecimus in §. hujus capituli 1. etiam generationis Generatio
artificialis.
artificialis mentionem, quam nunc delineare ratio poſtulat. Al-
drovand. apud Caſ. de miner. l. 4. p. 2. c. 7. Sequentes enumerat Modi uniones
adulterandi uniones modos. Primus ex concharum teſtis, adulterandi.

Est & alia non le- vis lucri seplasia aliqui in acri lixivia coquunt, donec nigri earum cortices se- inquit *Cardanus* parari possint; reliquum alt um contundunt, & rore inter Pen- cum ex concha mar- garitarum pulcherrimum tecostem & Augustum collecto, distillatoque excipiunt, subi- rimi finguntur unio- nunt, & globulos minutos formant, & filo insertos ad Solem nes. Ades autem re- de fraus hinc suc- indurant. *Quartus*, aliqui uniones vitreos vacuos, sed trans- cedit, quod nec a lucidos faciunt, deinde materiã implent, quã splendidi, & uni- gemarij dignentur: onum coloris reddantur in tantum, ut vix à veris unionibus color, splendor, sub- discerni possint. *Quintus*, aliqui accipiunt candidos lapillos stantia, pondus re- spondent. Sunt qui etiam ex duobus flu- ex capitibus & oculis piscium; quos mundant, siccant, pulve- ritis ob conchã te- rant, & agitant, ovorumque albuminibus excipiunt, miscentq; nuitate uniones, ac tandem movent, donec fiat veluti massa spissa, ex qua unionum conficiunt. De sub- corpuscula, dum recens & tractabilis est materia, effinguntur, & in fin. lib. 7. lecta seta, ut fiat foramen, transfiguntur, tum demum resicca- ta, coquuntur in lacte vaccino, & secreto loco procul à Sole, & pulvere iterum siccantur, donec perfectam duritiem induerint. *bucusq; Aldrovandus.*

Mizaldus & ex eo Weckerus de secretis lib. II. cap. 2.

Modus Paracelsi.

§. 7. *Paracelsus de transmut. rer. natural. l. 7.* sequen- tem tradit modum: Deßgleichen mögen auch Perlen gemacht werden/ den guten im schein ganz ähnlich vnd gleich / also / daß man dem Schein und Glanz nach/ nicht wohl von den guten er- kennen mag: Nemlich/ so albumen ovorum durch ein Schwamm auffß schönste purgirt wird / nachmahlen des schönsten weissen Talcks oder Perlmutter/ über Mercurio, der mit Zinn coagu- lirt ist/ in das Alcool verwandelt/ vnd in das albumen ovorum gerühret/ und auff dem Marmel gar wohl und schön abgerieben/ und soll als ein dick Amalgama seyn / und nachfolgends in der Sonnen/ oder hinder einem warmen Offen trücken lassen / in der harte einer Leber / oder einem Käß gleich / darnach darauß die Perlin formiren/ in Größe als du sie haben wilt / und an Saubürst gefasset / und durchlöchert / darnach gar hart trocknen/ wie ein ander Artstein/ so sind sie bereit. So sie aber am Glanz nicht schön genug weren / magst sie außwendig mit albumine ovorum bestreichen / und widerumb daran trocknen lassen/ also werden es gar schöne Perlen/ im Schein und in der Gestalt den guten gleich/ aber nicht in der Jugend. Alios modos vide apud *Boëtium de gemmis l. 2. c. 41.* ubi hæc habet verba: *Perspectus mihi*

mihī alius modus, qui prorsus naturam imitatur; deinde etiam modus, quo pacto augeri possint margaritæ, sed hæc tanquam æreana in alium locum refero.

Mirabile est, inquit Franzius, quod sua natura satis probe fit politus unio, neq; admittat expolitionem manu. Si quis enim eum voluerit expolire, fit asper, neq; cedit, quasi divina providentia prohibeatur. *se. miserere fraudibus.*
Histor. Animal. pag. m. 198.

CAP. IV

DE

LOCO NATALI GENERALI.

§. I.

PAtriam seu locum natalem quod attinet, duplicem illum faciamus, Generalem sc. & Specialem; hunc concham margaritifera, illum verò immensum ac vastissimum mare, nec mare solum, sed & lacus, fluvia & ubicunque conchæ margaritiferae inveniuntur, dicamus.

Patria. Locus natalis 2plex. Generalis & Specialis.

§. 2. Percurramus breviter varia hujus terraquei orbis loca, & paucis de margaritis gloriari non licere inveniamus. Ab Europa tanquam hodie laudatissima terræ parte initium faciamus, ubi statim se offert Tagus apud Toletum in Hispania hujus gemmæ ferax fluvius. *Fragos. hist. medic. Indic. tr. 1. cap. 11.* Item Insula Carthagena. *Aldrov. apud Cas. l. 6.* In Gallia apud Vogesium montem Lotharingiæ fluvius quidam. *Boëtius de gemmis l. 2. c. 37.* *Ruejus l. 2. de gemm. c. 13.* In Germania nostro natali solo Bohemia, (aliàs etiam gemmarum non infertilis) fluvium pagum Husinez illuentem habet, qui aestate acervos concharum ejicit, è quibus Perlae maturæ quædam, immaturæ nonnullæ eruuntur, ait *Gesner. apud Inst. Thaumatur. class. 8 c. 15.* Inveniuntur etiam ditissimæ conchæ in quodam fluvio ejusdem regionis Uvorauva dicto. *Fragos. l. d.* & prope Horastivitiium Straconitium & Rabianem. *Boët. l. 4.* In Silesia & Frisia etiam inveniuntur. *Schröder. pharm. l. 3. c. 7.* Celebris Voigtlandiæ fluvius prope Voithbergam, Elsnitium, & pagum Rascha, dimidio lapide à Plavia urbe celebri conchas alit margaritiferas, scribit *Rolsinc. dissert. chym. 3. c. 2.* habet præterea margaritas Scotia, Britannia, Frislandia, Gothia, Acarnania, Aetium, &c. vide *Schröder. Plin. Baccium & ejus comment. Gabelchov. ll. cc.* Imprimis verò *Cas. l. d.*

§. 3. Nec Africa margaritarum infertilis est: Sunt autem loca in Africa illarum feracia, mare rubrum, *Plin. l. 12. c. 1. & l. 9. c. 35. Curtius l. 8. c. 9 §. 19.* Gemmas margaritasque, inquit, mare (nim. rubrum) littoribus infundit. Loca maritima Mauritanix. Plin. apud Cas. l. d. Generantur & in Asia, imò omnium optimas suppeditat. Loca sunt, Julfar, (portus in mari Perfico, ubi laudatissima inveniuntur.) Barem, Catifa, Camaran, & alii hujus maris portus, inquit *Garcias ab Horto hist. arom. l. 1. c. 57.* Sinus maris Perfici, *Mylius, Aldrovand. apud Cas. l. all. In eodem mari Insula Bacharan Scalig. nor. ad Manil. l. 5. Persia, Vartomann. l. 3. c. 2. Ormuz, Cluverius in Introduct. ad univers. Geograph. l. 5. c. 15. & Lindschott Ost Indische Reiss Beschreibung sagt: In Ormuz werden die besten Perlen gefangen / so in ganz Orient sind / welches die rechten orientales sind. adde quæ habet p. 51. ubi multas alias margaritarum feraces enumerat insulas. Generantur etiam à Promontorio Comorim ad Insulam usque Zeilan. *Fragos. l. dict.* In Taprobana, hodie Summatra dicta, & in Toide in Perimula (hodie Patane Caxaldo) Indiae promontorio, *Gabelchov. nor. ad Bacc. de gemm. c. 16. Plin. l. 12. c. 1.* In mari Indico, *Brassavol. apud Cas. loc. al.* In China etiam reperiuntur, *Garcias ab Horto l. c. Nascuntur etiam in America, in Insula nimirum Cubagua, & aliis locis, Garcias l. d. Salmuth. in nor. ad Panciroll. memorab. Plur. Loc. ubi generantur Margarite, vid. apud Rav. Textorem in offic. pag. m. 1156.**

CAP. V.

DE

LOCO NATALI SPECIALI, SEV
DE CONCHA MARGARITIFERA.

§. 1.

Absoluto loco natali generali, ad specialem cursum dirigamus. Facimus autem illum concham margaritiferam. Notandum hoc loco, conchylium istud, quod vulgò matrem perlarum

Vid. Cap. 1.
§. 9. Rufus
Diss.

F. O. Grembricht
quod meliores
ex India exportent.
Arb. Integ. & Rûin. Homin. pag. m. 39.

Margarita orientales optime

larum, Indi Chanquo appellant, nullo modo margaritas in se continere, *Garcias ab Horto hist. arom. c. 57. & NOBIL. EXCELL. & EXPERIENT. DN. D. ALBERT. SEBIZ.* in pralect. publicis, & etiam si in piscibus nonnunquam reperiuntur, ut testatur *Neuhoff. Allgemeine Reiß. Beschreibung des Reichs Sina. c. 16. p. 380.* ramen cum conchis pro alimento assumerunt, ut idem Autor scribit, verba sic se habent: *Wey Kaocheu in der Provinz Quantung, ist ein frembde Art Fisch/ mit 4. Augen und 6. Füssen. Die Sineser schreiben / daß diese Fisch auch Perlen von sich geben/ ausser denen/ so in den Austers / so sie bey sich haben/ gefunden werden; vielleicht aber sind das die Perlen / welche sie mit den verdauren Austers eingeschlucket.*

§. 2. *Nascuntur itaque margaritæ in conchyliis, non quidem omnibus, sed plurimis, præsertim autem in iis, quæ Indi Cherippo, item Berberi nominant. Est autem hæc concha apprimè levis, magna, spissâ, modicè cava, non utrinque, ut pe-* *Descriptio Conchæ Margaritifera.*
sten, sed tantum unâ parte aurem habet, & foramina parva, quæ non permeant: altera rotunda est, argentei coloris & splendoris in interna parte, & tota levis in unionum modo, externa nonnihil aspera est. Rolfinc. diss. chym. 3. c. 2. NOBIL. & EXCELL. atq; EXPERIENT. DN. D. ALBERT. SEBIZIUS in pralect. public. *Noftrates autem conchæ oblongiores sunt; bivalves & duabus constantes testis, seriatim in fundo fluvii per pellucidatam aquarum surrectæ quasi stare videntur, cortice exterius nigro conspicuæ. Non sunt tenues hæ conchæ, sed crassæ; colore enim indigebant, adeoque ostrea. Interna facie splendide sunt, matricæ enim factui similes esse debebant, quâ parte foventur. Clausæ sunt omnes. Rolfinc. l. d.*

§. 3. *Materia harum concharum est humor viscidus ac- Materia Concharum*
terreus, ex quo etiam margaritæ constant, Boët. l. 2. de gemmis. Margaritifera
c. 37. Genituram autem non multis ab ostrearum conchis dif- *qua?*
ferre scribit Baccius de gemmis c. 16. Varios illarum colores à *Coloris Margaritarum, in hoc?*
Salis spiritibus proficisci arbitratur Quercetanus Tetrade gravif-
simor. rotius capitis affect. c. 27.

§. 4. In mari natare tradunt gregatim; & quemadmodum examina duces, sic eas Regem habere, tum formæ pulchritudine, tum magnitudine præstantem; Summâ autem contentione

tionem idem urinatores certare ad capiendum gregis ducem, quod eo capto, cunctum gregem rectore orbatum, non loco se moventem, assequuntur; quamdiu Rex fugiendo elabi potest, sapienter eas regit, ex Plinio refert Cas. de miner l. 4. p. 2. c. 7. Franzius in Histor. Ant.

§. 5. Quod Plin. l. 9. c. 35. memorat; nimirum, quod pag. m. 698.
prævisa manu apprehensura, sese continuo concha comprimat, utpote suas operitura divitias, gnara scil. quod harum causa impetatur, inimicam quoque manum, si forte comprehenderit, amputet; Item quod insidias piscantium declinans, intra devios scopulos & marinorum canum receptacula latet, (uti Gabelchov, l. 6. recenset) meritò rejicit Rolsinc. dissert. chym. 3. c. 2.

§. 6. Usus illarum quod attinet, in delitiis à Principibus habentur, in quorum etiam repositoriis studiosè asservantur, Baccius de gemmis c. 16. Conchis & vescimur & vestimur. Habent testam elegantem, carnem haud vulgarem, & fœtum mirabilem. Testis ornantur tabulæ lusoriae, cultelli, pocula, monilia, scipiones mulierum. Carnes commendantur & crudæ & assæ, palatoque gratæ & suaves sunt, ait Sperling. instit. phys. l. 6. c. 6. q. 2. Non ad fastum, sed ad esum conchæ sunt ordinatæ. Salmuth, in not. ad Panciroll. memorab. p. m. 71.

Affectus Margaritarum §. 7. Affectu etiam quodam laborare scribunt. Si nimirum tonuerit, pavida repente comprimuntur conchæ, & deinde abortus pariunt, quos physematata vocant, Plin. l. 9. cap. 35. Johnson. lex. Chym. p. 134.

Margaritæ an in testa, an carne generantur? Eruditi iterum non consentiunt. Cardanus de rerum varietate l. 7. putat, margaritas generari in conchæ testa, non in carne, & probat I. ex substantiæ similitudine: est enim unio similior testæ, quàm carni. II. Quia sæpè videntur margaritæ, quæ sunt testæ junctæ, & adnatæ; interdum etiam, veluti in cinere castaneæ, ista etiam in matrice sepultæ cernuntur margaritæ. In carne autem conchæ generari tuetur Aldrovandus non contemnendis autoritatibus & conjecturis, quas apud ipsum vide. Item Rolsinc. dissert. chym. 3. c. 3. Autoritate Aeliani l. 10. περί ζώων ιδιότητων c. 13. Char. Mitylen. referente Athen. deipnos. l. 3. Amer. Vesput. Navig. 2. & ipsâ αυτοψία. Cum nimirum carnes ostreorum margaritiferosum edendo, in margaritas

Margaritæ an in testa, an carne generantur?
Opinio Cardani.

Opinio Aldrovandi & aliorum.

margaritas latentes sæpè dentibus impegerunt. Nos per me- Opinio Plinü.
diam incedentes viam, tam in testa quàm carne conchæ nasci
posse, cum Plinio l. 9. c. 35. asserimus. Si qua moritur concha,
 etiam unio computrescit in mari quia unio alitur à concha. *Franzius*
in Hist. Animal. pag. m. 698.

CAP. VI.

DE

CAPTURE SEV PISCATIONE
 MARGARITARUM.

§. 1.

DE captura præcipuè duo sunt notanda: Tempus nimirum Captura
Margaritarum
quo tempore
fiat?
 & modus capiendi. Quoad tempus piscatio earum non
fit per totum annum, sed duntaxat per quosdam menses, &
quidem per Aprilem & Majum; per Septembrem & Octobrem.
Aldrovand. apud Ces. de miner. l. 4. p. 2. c. 7. Lindschott in der
Ost Indischen Reiß Beschreibung p. 51. sagt: man fängt
sie eh'r nicht / als am end des Hårmonats / vnd durch den gan-
gen Augstmonat / denn ehe sind sie nicht zeitig / sondern noch weich
wie ein Leim.

§. 2. Modus piscationis margaritarum secundum loca Quomodo?
 variat. In insula Perside piscatores alligato pedibus lapide se
 vibrant in pelagum ex navibus, & subtus in aquis urinantium
 more jactantur, atque ad profundum, ad passus quindenos
 tantisper urinant, donec conchas legerint, in quibus delite-
 scunt uniones & margaritæ: Quas collectas manticæ indunt,
 lapidemque protinus, quo pedes gravabantur, abjiciunt, & in-
 nixi funibus in superiora evadant, *Vartomannus l. 3. c. 2. Adde*
quæ habet Bertius Geograph. l. 4. ad tab. Regn. Ormuzii p. m. 579.
& Münsterus Cosmograph. l. 5. c. 49. p. m. 1316. Franzius Hist. Animal. pag. m. 699.

§. 3. *Mandelslo in der Morgenländisch Reiß*
Beschreibung l. 1. c. 8. modum ita delineat: Es werden auch
allhier (zu Samron) viel Perlen verhandelt / welche zwar nicht
hier / sondern bey einer Insel / Bahram genant / welche von hier
ab 6. meysen S. W. gelegen / gefischt werden. Wie sie aber die

C

Perlen

Perlen fischen/ ist der Bericht davon: Der Perl- fischer vermahret das Haupt mit einer dichten Kappen/ woran ein langer Canal/ durch welchen er Luft schöpffet: damit die Röhre über Wasser bleibet/ wird oben ein Holz daran befestiget. Dann läset sich der Fischer mit Steinen genugsam beschwehret / an einem Strick zum Grund/ samlet in seinen Sack / den er am Hals trägt/ und wenn er wider herauff will/ gibt er durch Zupffen am Strick seinem Gefellen/ der mit einem Bothe über ihm hält/ ein Zeichen/ und wird also widerumb herauff gezogen.

S. 4. Lindschott. l. 6. p. 52. ita describit: Wann die Zeit des Perlen- fangs herbey kompt / schicken die Inwohner solcher Inseln ihre beste Schwimmer vnter das Wasser / zu erkundigen/ wo die meisten solcher Schnecken seyen / und gegen demselben Ort über / haben sie ein ganz Dorff von eyer Zelten/ oder andern Hütlein / von stroh auff das Land / welche länger nicht dörfen wehren / als sich die Zeit des Perlen- fangs erstreckt/ und nehmen alle Nothdurfft von Essen- speiß zu sich / und mag da fischen wer will; denn sie geben dem König von Portugal seinen gewissen Tribut davon: wie gleichfals der Kirchen und Stiffts zu St. Paul. So lang der Perlen- fang währet / stehen und halten 3. oder 4. gewaffnete Schiff daseibst auff dem Meer/ die Perlen- fänger von den Meer- räubern zu beschützen. Und thun sich ihrer / der Perlen- fänger/ allwegen viel Schiff voll in Gesellschaft zusammen/ welche Schiff den Benedischen Porten gleich / jedoch viel kleiner sind. Des morgens fahren solcher Schiff eine grosse Anzahl von dem Ufer des gemelten Dorffs auff den Golfo, theilen sich auff demselbigen / und der ganzen Gegene hin und wider auß / halten / wo sie zu fischen begehren / still / werffen auß einem jeden Schiff 2. oder 3. Seyl/ an welche vnder etliche Stein gebunden sind / lassen dieselbe bis auff den Boden hinab sincken / und wenn solches geschehen/ und die Schiff also fest gemacht / hencken sie etliche Klüppen von Seishorn an die Nasen/ fassen die Naslöcher damit zusammen/ schmieren die Ohren mit einem gewissen Del / welches kein Wasser laßt hinein lauffen / hencken einen Sack auff die Seiten/ und lassen sich also an einem der gemeldten Seyl hinab/ füllen so geschwind sie immer können/ den Sack der Austeren voll/ fangen hernach

hernach das Seyl an zu schütteln / und geben denen in dem Schiff damit ein Zeichen/ daß sie den Sack voll haben/ und widerumb herauff begehren: Deswegen sie denn mit dem Seyl sie alsobald herauff und zu sich in das Schiff ziehen: Dann wo solches nicht bald geschicht/ müssen sie in dem Wasser ersaufen/ wie denn auch vielmahl zu geschehen pfleget. Wenn nun einer herauff kommen / muß ein anderer hinab / biß es sie alle betrosfen/ und wechseln also biß auff den Abend mit einander ab. Sind sie fleißig / und treffen einen guten Ort an/ bekommen sie etwan das Schiff der Austeren ganz voll. Quomodo rete capiuntur, & alios modos vide apud *Cas. l. d.* Quomodo ex fluvio apud pagum Rascha in Saxonia conto hamato extrahuntur, vide apud *Rolfinc. dissert. chym. 3. c. 2.*

Francius
Hist. Animal.
pag. m. 698.
&
Plinius lib. 9.
cap. 35.

§. 5. Homines autem illos, qui sub aqua margaritas quarunt, Margaritarios vocat *Ioseph. Scalig. in not. ad Manil. l. 5. p. m. 393.* & sunt in India Occidentali, qui totam horam sub aqua perdurare possunt. teste *Robert. Boyle in novis experimentis physico-mechanicis 4. p. 467.* Hos autem margaritarios *Scaliger l. c.* ita describit: Hodie in sinu Persico homines nihili ac vilissimi nullo periculo margaritas urinando quarunt & exportant. Manilius tamen illos non minoris estimavit, quam ipsas margaritas. Sed eum excusat *Scaliger*, quod scilicet respererit ad fabulam vulgi, peregrina & longinqua semper in majus augmentis.

§. 6. Maximum autem vitæ discrimen (quod contra *Scaligerum*) subeunt urinatores. Nam periculosa est ista piscatio I. Quia major pars illarum delitescit inter scopulos. II. Quia illas, quæ sunt in alto mari, comitantur ut plurimum canes marini, sicuti ex *Plinio & Aldrovando* notat *Cas. l. a.* In novo Orbe piscando eas multos vitam amisisse testatur *Fragos. medic. Ind. hist. tr. 1. c. 11.*

§. 7. Captis autem conchis margaritiferas, quomodo margaritæ eruantur, *Plinius apud Cas. l. d.* ita describit: Captas jam à piscatoribus conchas margaritiferas, multo deinde sale obrutas in vasa fictilia recondunt, & tandem erosa omni carnes nucleos quosdam corporum, h. e. uniones, decidere in ima. Sed margaritas hoc modo è conchis erutas immaturas esse testatur

Margaritæ
quomodo è
conchis eruantur?

Francius dicit, si dimittetur concha, & quasi per soluto pretio redemptionis vel alio modo, redcat in mare, alior gignit uniones. Hist. An. pag. m. 699.

Americus Vesputius in Epist. ad Reg. suum apud Aldrovand. No-
verit Majestas vestra, quod nisi permaturi sint uniones, & à con-
chis, in quibus gignuntur, per sese excidant, omninò perfecti
non sunt, &c. & **Lindschott Ost Indischen Reiß, Be-
schreibung**: Sie thun die Austern ohn alle Weih auff/ (denn sie
sind abgestanden und gestorben) und nehmen die Perlen herauf,
Si capiuntur & aperiantur ante legitimum tempus pariendi, nullus unio, sed
tantum caro reperit. Francius Histor. Animal. pag. m. 698.

CAP. VII.

**DIVISIO MARGARITARUM
UBI SIMUL AGITUR DE ORI-
ENTAL. ET OCCIDENT. DE
COLORE, MAGNITVD.
ET FIGURA.**

§. I.

Dividuntur Margaritæ variè. I. Ratione loci in Orientales
& Occidentales. Sub nomine Orientalium, præcipuè
Margaritæ O-
rientales quæ? Perficæ veniunt, quæ in Iulfar inveniuntur. Garcias ab Horto hist.
Aromat. l. 1. c. 57. & Fragos, hist. med. Indic. tr. 1. c. 11. Occi-
Occidentales
quæ? dentales nostrates, & quas America habet, dicuntur. Quæstio
An occidentales
naturales, vera-
atq. genuina sint
margaritæ? hic moveri solet, an Occidentales, naturales, veræ atque genui-
næ sint margaritæ? Respondetur quod sint. I. Quia eundem
generationis modum cum Orientalibus obtinent. II. Quia si
confractæ mandantur, eundem, quem Orientales habent sapo-
rem. III. Quia elixatæ, ut Orientales, pristinam servant soli-
ditatem. IV. Quia in ignem coniectæ crepitant ut Orientales.
V. Quia eandem externam formam habent. Candore & splen-
dore, ut & soliditate ad Orientales accedant. Nec obstat, quod
his dotibus iis sunt inferiores. Plura de hac re vide *apud Rol-*
finc. dissert. chym. 3. c. 7.

Varietas
in colore.

§. 2. Dividuntur. II. Ratione coloris. Quædam enim
sunt nigræ, quædam fulvæ, cœruleæ denique & virides quæ-
dam, item candidæ & pallefcentes, ait Opiedus hist. l. 9. c. 8. apud
lonst.

Ionst. Tbaum. class. 8. c. 15. Varius margaritarum color est, alia enim sunt aurei coloris, usque adeo, ut ab auro vix dignosci queant, si propius ad id admotæ sunt, alia argenteæ, oculisque piscium similes, alia coloris suffufci, & liventis, alia rufi, alia marmorei coloris, alia candidi, alia vergunt ad colorem viridem, alia ad cœruleum. Absolutè autem loquendo videntur esse candida eo candore, cui insit multum albi, quod penetret parva lux, & ided nitent, cum tamen sint albæ. *Plin. Solin. Isidor. Aldrovand. apud Cas. de miner. l. 4. p. 2. c. 7.* Variat autem color pro diversitate locorum. Quæ in Novo Orbe inveniuntur obscuræ, & nubili coloris sunt, *Garcias ab Horto l. d.* In Britannia decolores nascuntur, *Gabelchov. in not. ad Baccii de gemmis c. 16.* Omnes autem colore superant Orientales, & quidem Perficæ. *Schræder. pharm. l. 3. c. 7.* Splendidiores etiam sunt, quæ in profundo maris versantur, iis, quæ in superficie natant, *Magir. physiol. l. 5. c. 2.* Item juniores, senibus, *Plin. Solin. apud Cas. l. 4.* *Plinius* & ejus affectatores causam varietatis hujus coloris rori adscribunt. Si purum rorem, inquit *Johnson. Lexic. Chym. p. 134.* conceperint conchæ, candore mirabili unio apparet; sin turbidum rorem conceperint, sordescunt fœtus. Pallent margaritæ cœlo minante tempestates; si fuerint conceptæ. *Idem ibid.* clariores fieri asserit ex rore matutino, quàm vespertino. Evadunt etiam obscuræ deficiente Lunâ, inquit *Baccius de gemm. c. 16.* Verioris verò sententiæ asseclæ cum *Johnson. Notit. Regn. miner. tit. 2. c. 4. art. 7.* humori, ex quo testa & margarita crescit, adscribunt. Si enim purus inducitur, conspicitur candor; si verò turbidus, sordescit & fœtus.

Color margaritæ plerumq; est candido nitidus, modice fulg; hunc à suis conchylis mutuatur. *Cardang Subtil. lib. 7.*

In Britannia parvos atq; decolores nasci, certum est. *Plinius lib. 9. cap. 35.*

Joh. Bapt. Porta & ex eo Wekerus de Secretis lib. 11. cap. 2. in fin.

§. 3. Colorem autem detrimentum capere à senectute. Autores tradunt. Ingruente senectute flavescunt, inquit *Plin. apud Cas. l. 4.* flavescunt servatæ, torpescuntque rugis, scribit *Johnson. l. e.* Immaturitas etiam non parum hic nocet. Reparatur a color, si diu Oriza leviter contracta versantur, sic enim pristinum vigorem & fulgorem accipiunt. *Garcias ab Horto l. d.* Idem fieri, si in milio rudi modo contuso, cum sale mixto, contegantur & sepeliantur, refert *Gabelchov. l. c.* Clariores & puriores redduntur, si dentur comedendæ columbis, qui tamen statim occiduntur, ubi illas transglutierint, quia si diutius ac per

Margaritæ unde coloris detrimentum capiant?

Color quomodo reparat?

Wekerus de Secretis lib. 11. cap. 2.

tempus longius in ventriculis detinerentur, non parum decederet de pretio, *Averroës apud Fragos. l. a. Expertus hoc est Hæfeyus Hercule medico l. 2. c. 1.* Ipse, inquit, vidi caponibus loco testiculorum margaritas crudas, spe maturationis ciceris magnitudine impositas, quibus dein ad culinam necatis, vel nihil omnino de margaritis repertum, vel margaritæ corruptæ & friabiles, calcis instar fuerunt exemptæ.

§. 4. Dividuntur III. Ratione subsistendi: Vel enim sunt veræ seu naturales, vel adulteræ & artificiales, de quibus *supra cap. 3. §. 6.*

§. 5. Dividuntur IV. Ratione magnitudinis in minores & majores. Prope Insulam Borneo anserinum ovum illas æquare proditum est, & tantâ rotunditate esse, ut mensæ impositæ, uno loco non maneant. *Ionston. Thaum. class. 8. c. 15.* In eodem mari ovi gallinacei magnitudine reperiri, scribit *Scaliger. exercit. 226. s. 11.* ovi turturis. *Ionston. l. c. Gonzalvus Oviedus,* magnitudine pilæ arcus: Rotundissimam pondere 26. siliquarum Panamæ venditam asserit *ibid.* Me præsentem, inquit *Petr. Mastyr. Decad. 1. l. 8.* cum apud Illustriss. Medinæ Sidoniæ Ducem, invitatus Hispali pranderem, unam (incredibile pondus) supra centum uncias venum ad eum tulerunt. Magnitudine nucis unam Insulæ Enbaguæ Rex habuit, pendentem 30. siliquas & unam, *Ionston. l. d.* Fabâ sunt grandiores in sinu quodam Novi Orbis, ait *idem ibid.* Quæ ad promontorium Comorim generantur, pendent centum frumenti grana. *Fragos. & Garcias ab Hort. l. d.* In Britannia parvos generari testatur *Plinius l. 9. cap. 35.* Causam magnitudinis volunt nonnulli. E. g. *Magir. & Rueus l. c.* esse ætatem conchæ, alii quantitatem rosis, alii humoris. *Marcellinus hist. Rom. l. 23. apud Gabelchov, in not. ad Baccæ de gemm. c. 16.* Fit generosior, inquit, margarita, cum crebræ sunt magnæ tempestates, donec conchæ sunt gravidæ. Ætate pondus margaritarum minui, illasque post plenilunium captas, cum tempore decrescere scribit *Garcias l. a. Neuboff. Allges meinen Beschreibung des Reichs Sina c. 17. p. 382.*

§. 6. Dividuntur V. Ratione figuræ: vel enim sunt rotundæ, vel oblongæ, vel grandini similes, vel planæ ab una parte, altera concavæ, vel tuberibus inæquales, vel pyri forma aut ovali

Causa
magnitudinis.

ovali &c. *Caf. l. c.* has *elenchi* vocant, teste eodem & *Ionston. Notit. Regn. miner. tit. 2. c. 4. art. 7.* Quibus una tantum facies & ab eo rotunditas averfis planities *Tympana* dicuntur. Intelliguntur autem *Tympana*, non utrâque parte plana, quibus ad aciem militarem pedites, sed una tantum plana, ab altera tumida, quibus equites convocantur, *Rolfinc. dissert. chym. 3. c. 5.*

§. 7. Dividuntur etiam VI. in maturas & immaturas. VII. In perforatas & imperforatas. VIII. In purgatas seu mundatas, quas *Vlpianus* extricatas appellat, in *l. si servus servum. 27. §. si cum maritus. 30. ff. ad L. Aquil. apud Salmuth, in not. ad Panciroli. memorab. p. 72.* Et impergatas &c. Hæc de divisione sufficiant.

CAPUT IIX.

DE

PRETIO, ELECTIONE ET QUALITATE MARGA- RITARUM.

§. I.

PRetium Margaritarum solet plerumque esse maximum. *Plin.*

l. 9. c. 35. Qui luxuriæ id attribuit; nos verò longinquitatem loci, ubi nascuntur, & illarum magnitudinem, quæ rara est, non parum hîc efficere arbitramur. Magnitudine nucis unam Insulæ Enbague Rex habuit margaritam, pendentem 30. siliquas & unam, mille ducentis Castilianis venditam, *Ionston. Thaum. class. 8. c. 15.* Ad promontorium Comorin quæ generantur, pendentque centum frumenti grana, harum pretium, mille quingentorum aureorum in singulos esse solet, *Garcias l. 1. hist. arom. c. 57.*

Magna rare sunt, quæ vitio careant, & magna sunt rarissima. Cardang subtil. lib. 7.

Illius unionis, quem *Cleopatra* sumptuosissimâ illâ cœnâ absorbit, pretium, ad præsentem monetam computatum à *Budæo l. 3. de asse ap. Gabelchov. not. ad Bacc. de gem. c. 16.* ducentis quadraginta milibus ducatorum æstimabatur.

Unio Cleopatra. Vid. Historiam hanc ap. Plinium lib. 9. cap. 35.

Idem Budæus memorat unionem in Galliis 3000. aureorum emptû,

avellanæ

avellanæ magnitudine pondere quadragenario, & alium 4000 aureorum, *Gabelbov. l. d. Meminit & Zonaras l. 3. Annal.* margaritæ sive unionis cujusdam, quem Perozes Persarum Rex, in expeditione adversus albos Hunnos suscepta, extremo in periculo constitutus, à dextra aure detractum abjecit, ne quis eum post se gestaret, aut ipsum Regem agnosceret. Eum unionem postea repertum, Justinianus Magnus 100. auri libris redimere à Barbaris voluit. Sed recusarunt Barbari, asservantes eum in signum Perficæ stoliditatis, *Salmuth. nor. ad Panciroll. memor. p. 72. In corona Rudolphi II. Imperatoris, memorat Boërium l. 2. de gemm. c. 37. se vidisse unionem pyri muscatellini magnitudine, omni decoris specie absolutissimum, pendentem ceratia 30. qui aureorum millibus emptus dicebatur. Der Papst Paulus II. kaufte einsten ein Perle / so groß als eine mittelmäßige Mus / um 44000. Ducaten. Platina in vita Pauli II. apud Ioh. Mich. Dilherren in Zeit und Welt lauff part. 1. p. 256. Idem Autor l. a. p. 257. sequentia refert: Der Türckische Käyser Solymannus schickte den Benedigern eine grosse Anzahl Perlen / und ersuchte sie / daß sie ihme / durch einen kunstreichen Meister / eine schöne Erone darauß wolten verfertigen lassen / worinnen sie ihme nicht allein willfahret / sondern auch auß ihrem Schatz ein einiges darzu verehret / welches die andern alle über troffen / und über hundert tausend Eronen gehalten worden. De multis aliis valde pretiosis evolve *Ces. lib. de mineral. 4. p. 2. c. 7.* De pretio margaritarum constituendo, quod pro magnitudine & figura variat, vide *Boërium de gemm. l. 2. c. 39.* De cupreo isto instrumento, quo mercatores iis pretium imponunt, vide *Margaritarum* potest *Garcias l. a.* In insula Cubagua Anno 1498. tempore Columbi, tanta margaritarum erat vilitas, (quippe cotidie eas piscabantur) ut Indicæ mulieres in vulgaribus ornamentis, ac quidem simpliciter uniones haberent, siquidem pro catino fictili, eo quidem fracto, quem Indicæ mulieri nauta Hispanus dabat, ea illum contra quatuor unionum seu margaritarum lineis munerata est: ut refert *Hieronym. Penzo Mediolanensis, historia Occidentali India l. 1. c. 11. apud Salmuth. l. a.**

*Margaritarum
vilitas, anno
1498.*

§. 2. Eliguntur, & pro optimis habentur I. Ratione loci, Orientales, quæ apud portum Iulfar in mari Persico inveniuntur: magnæ enim sunt, splendidissimæ, & omni dote absolutissimæ, *Garr. l. d. Fragos. hist. medic. Indic. sv. l. c. 11. Schræder. pharm. l. 3. c. 7.* Item quæ in Chinaram & Indiæ regionibus inveniuntur, *Sennert. phys. l. 5. c. 5. & Autor system. phys. Gorban. l. 4. p. spe. c. 2. §. 30.* His succedunt, quæ ad promontorium Comorim & insulam Zeilan inveniuntur. Has sequuntur, quæ ex Summatra veniunt. **EXCELLENTISSIMVS D.N. D. ALBERTVS SEBIZIVS in prælect. public. Occidentales** verò, quia argenteum illum nitorem non habent, leuique splendente cortice obductæ sunt, & gluceum intrus ferunt lapillum (uti *Rolfinc. Chym. in A. F. R. ait. l. 5. s. 2. c. 17.*) Item quia lactescunt, & superficie polituram tantam non habent, ut quis exactè, speculi instar, propriam faciei formam, in ea intueri possit, in tanto pretio ut Orientales non habentur. *Sennert. phys. l. c. Boëtius de gemmis l. 2. c. 37.* **Præcipuæ autem inter Occidentales, præter Bohemicas, sunt, teste Rolfinc. dissert. chym. 3. c. 2.** quæ in Saxonia in pago Rascha reperiuntur. Et c. 6. his subiicit, quæ in mari circa Bosphorum Thracicum, nebulosæ & ut plurimum subflavæ quia sunt. In dulcibus qui nascuntur aquis, speciosissimæ quidem sunt, sed viribus inferiores. In Acarnania quoque laudati uniones reperiuntur, enormes & ferè, colorisque marmorei. Meliores circa Actium (sed & hi parvi) & in Mauritaniâ maritimis. *Plin. l. 9. c. 35.*

Præcipua inter Occidentales Margaritas quæ?

§. 3. Eliguntur II. Ratione concharum, quæ in nitidis & argentei coloris conchis generantur. Ex conchyliis rotundis nobiliores, sed tamen minus rotundæ, aliæ ignobiles rotundæ ex oblongis quasi contrariâ ratione nascuntur, *Magir. physiol. l. 5. c. 2. Comment. ad Ist. N. Androsthenes apud Athen. diphosoph. l. 3.* in matre unionum margaritifera, quæ linguâ Indicâ Berberi dicitur, optimas & pretiosissimas refert nasci margaritas. In conchis melioribus meliores reperiri scribit margaritas, *Albert. M. apud Cas. l. a.*

§. 4. III. Pro optimis habentur, quæ sunt valdè candidæ, rotundæ, leves, transparentes & ponderosæ; atque simul tantæ mollitiei sunt, ut facillè possint liqueferi in aceto ad modum

Margarita quæ pro optimis habeantur?

restat. *Fragos. l. a. Verro phys. l. 6. c. 3. Rucius verò l. 2. de gemm. c. 13.* Minimi ponderis præfert iis, quæ sunt majores. *Plin. 9. lib. 4. cap. 35.* Dos omnis margaritarum, in candore, magnitudine, orbe, levore & pondere est. Inprimis autem majores eliguntur, quia magis excocti, & subtilius citiusque solvuntur. *Libav. Syntagm. Acarn. chym. l. 2. c. 25.*

§. 5. IV. Meliores quidam perforatas margaritas esse censent, quia maturiores sunt, quod indicat sine fractura perforatio. *Schroed. pharm. l. 3. c. 7. Gabelchover. verò in not. ad Bacc. de gemm. c. 16.* A natura illas perforatas credit, ideoque eligendas putat, quia à superfluitatibus, per illa foramina, mundantur. Sed rejicit hanc sententiam *Aldrov. & Myl. apud Cas. l. c.* Alii perforatis, imperforatis & integras præferunt, quia dum ferri acie perforantur, ære inficiuntur, & ad usum medicum non veniunt idoneæ, nam & vires earum immutantur, *Cas. l. a.* Sed inanis hic metus est. *Rolsinc. dissert. chym. 3. c. 6.*

§. 6. Quoad Qualitatem, temperatæ sunt margaritæ, omnis excessus expertes in activis qualitatibus; passivis magis siccæ sunt, quàm humidæ, ait *Rolsinc. l. c.* Habentur frigidæ & siccæ cum aliquâ adstrictione, *Fragos. l. a.* Temperie & viribus aurum valdè æmulari scribit *Beguïn. Tyroc. chym. l. 2. c. 19.* Insignem obtinent cardiacam facultatem, *Mylius Bass. chym. l. 4. 27. 2. c. 22.* Sed de his plura in *Capit. X. de usu medico.* Propter mirabilem coitum Margaritæ Veneri dicantur, inquit *Johnson. lex. chym. p. 134.*

CAP. IX.

DE

USU MECHANICO.

§. I.

Magnus est Margaritarum usus. Non solum enim in foro medico, sed & politico expetuntur. Maximè autem ob pulchritudinem, quâ præditæ sunt. *I. Templis iis ornantur, Manilius l. 5. vers. 399.* ita canit:

Hinc

Hinc Augusta nitent sacratis munera templis
Aurea, Phœbeis certantia lumina flammis,
Gemmarumque illi radiantes lucibus ignes.

Octavius Augustus, referente *Suetonio in ejus vita c. 30.* in cel-
lam Capitolini Jovis sedecim millia pondo auri, gemmasque ac
Margaritas quingentias H.S. unâ donatione contulit. Nec solum
templa olim, imò ipsa Deorum simulacra iis splendebant. Sic
Divus Julius, recensente *Plinio l. 9. c. 35.* thoracem, quem Ve-
neri Genetrici in templo ejus dicavit, ex Britannicis margaritis
factum voluit. *Idem Autor* inquit: Comitetur fama unionis
ejus parem (loquitur de Cleopatra) capta illa tantæ quæstio-
nis victrice Regina dissectum, ut esset in utrisque Veneris auri-
bus Romæ in Pantheo dimidia eorum cœna. Et cui hodie non
liquet, quantas faciunt impensas in exornandis suis monaste-
riis & Aedibus Pontificii? Certè nulla conspiciuntur templa
in quibus margaritæ non nitent.

§. 2. II. Reges & Principes imprimis his gemmis utun-
tur. *Plinius l. 37. c. 2.* hæc de Pompejo M. refert: Ex tertio ejus
triumpho, in quo inter alia transtulit coronas ex margaritis tri-
ginta tres, & Musæum ex margaritis, in cujus fastigio horolo-
gium erat. Imago Pompeji ex margaritis erat. Præcipuè orna-
tui inferviunt. Solis autem Regibus olim, (inquit *Manilius*
apud Ioseph. Scaliger. in not. ad ejus L. 1. p. 396.) licebat mar-
garitas gestare. In Regis Bornei corona quasdam æquare an-
ferinum ovum memoriæ proditum refert *Scalig. exerc. 226. f. II.* Uld. Cap. 7. §. 5. hujus d'Usp.
Rudolphus II. Imperator in corona aurea unionem pyri musca-
tellini magnitudine ac omni decoris specie absolutissimum ha-
buit, teste *Boët. l. 2. de gemm. c. 37.* Lollia Paulina C. Princi-
pis conjux tunicam habuit ex margaritis festertio quadringen-
tias æstimatam. *Solin. c. 66.* Imò Reges gestasse ex ipsius Cleopa-
træ historia patet, magnoque in pretio apud istos fuisse, mune-
ra, quæ Seres & sub ipso Sole habitantes Indi, Augusto trahe-
bant, satis ostendunt, *Florus 4. 12. 62.* Nec tantummodò Re-
ges, verùm etiam privati homines se illis hodie comere solent.
Hinc *Seneca de benefic. l. 7. c. 9.* Video, inquit, uniones, non
singulos singulis auribus comparatos, tam enim exercitataures

oneri ferendo sunt! Junguntur inter se & insuper alii binis. Non satis muliebris infania viros subjecerat, nisi bina ac terna patrimonía auribus singulis pependissent. Hos digitis suspendere, & binos ac ternos auribus, foeminarum gloria est. Subeunt luxuriæ ejus nomina & tædia exquisita perditione portatu: Siquidem cum id fecere crotalia appellant, ceu sono quoq; gaudeant, & collisū ipso margaritarum. *Plin. l. 9. c. 35.* A mulieribus etiam hodie tam studiosè queruntur, ut nulla etiam mediocris fortunæ se satis ornatam credat, præsertim Lutetiæ, si è collo suspensas margaritas, perlas vocant, non gestarit. *Renodius de marev. med. l. 3. c. 23.* Confiuntur etiam ex illis armillæ & multa alia, quibus mulieres se comere solent. Imò tantum per luxuriam venerunt in abusum Plinii temporibus, ut non tantum crepidarum obstragulis, sed totis focculis addiderint, ac per uniones ambulârint, referente illo ipso l. c. Imò Cæsaris jam-jam temporibus maximus illarum abusus fuit, ut usum ejus certis personis, & ætatibus adimere coactus Imperator fuerit, *Suetonius in ejus vita c. 43.*

Margaritarum
abusus.

§. 3. III. In locum cibi nimia luxuria margaritas sumptas effecit. Cleopatram enim imitati Romani, quod antea admirati sunt, ipsi fecerunt. Prior id fecerat Romæ in unionibus Clodius Tragedi Æsopi filius, relictus ab eo in amplis opibus hæres, ne in triumviratu suo nimis superbiat Antonius, penè hittrioni comparatus: & quidem nullâ sponcione ad hoc productus, quo id magis regium erat, sed ut experiretur in gloria palati, quid saperent margaritæ, atque ut mirè placuere, ne solus hoc sciret, singulos uniones convivis absorbendum dedit. De eodem vide etiam *Valer. Max. l. 9. c. 1.* Hinc *Horat. l. 2. Satyr. 3. vers. 239.*

Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet ut decies solidum exforberet, aceto
Diluit insignem baccam, qui sanior ac si
Illud idem in rapidum flumen, jaceretve cloacam.

§. 4. Hoc seculo, Poloni expugnata urbe Moscaviâ, infinitas divitias & inestimabiles thesauros priscorum Ducum in prædam suam converterunt: ita quidem, ut præ nimia copia margaritas

margaritas immensi preerij loco plumbeorum globorum ex sclo-
peris suis exploderent. *Hornius in Orb. Politic. p. 47.* N³

CAP. X.

DE

USV MEDICO.

§. I.

Magnis in medicina pollent Margaritæ viribus, veraque sunt panacea. Omnes enim Quinta Essentia Perlarum curat affectus, aut saltem mitigat propter reparationem humidi radicalis, teste *Fabro in Myrothecio l. 3. c. 21.* A variis morbis omnes partes humani corporis præservant, *Beguinus Tyrocinio chymico l. 2. c. 19.* Diamargaritum frigidum, optimum est remedium, ad imbecillitate languentes recreandos, & ad statum priorem recuperandum, *Renodaus Antidot. l. 3. f. 1. c. 1.* Idem de diamargarito calido *Avicenna* testatur *Quercetan. pharm. dogm. ref. l. 1. c. 10.* Agonifantium extrema recreatio sunt, *Schræder. pharm. l. 3. c. 7.* Ad nostri corporis refrigerationem maxime conducit diamargaritum calidum, *Gabelchov. in not. ad Bacc. de gemmis c. 16.* Animum exhilarant, *Sennert. phys. l. 5. c. 4.* Quinta Essentia & liquor Perlarum humidum radicale restaurant, *Reincc. thes. chym. l. 5. p. 176. seq.* Clarificant sanguinem, *Johnson. Lexic. chym. p. 135.* Omnes pravos humores in corpore existentes exsiccant, *Beguinus l. a.* Coagulum Margaritarum, facultates omnes & actiones fovet & auget, *Faber Myrothec. Spagy. l. 8. c. 6.* Syrupus Margaritarum collapsas ætate vires reparat, *id. l. 3. c. 21.* Coagulum margaritarum viscera roborat, *Faber. l. d. l. 8. c. 6.* Contra marcorem senilem oleum perlar. præstantissimum est remedium, *Mylius Bass chym. l. 4. tr. 2. c. 22.* Nervos roborant, *Sennert. l. a.* Coagulum margarit. exterius applicatum torporem membrorum curat, *Faber. myroth. Spagy. l. 8. c. 6.* Margaritæ in tam frequenti usu sunt adversus morbum omnem, occulta malignitatis participem, *Gabelchov. l. d.* Resistunt pestilentibus febribus, *Sennert. loc. al.* Venenis & pesti obstitunt.

Fernelius method. medend. l. 5. c. 21. Aqua Perlarum sudorem suavem movet, ratione cujus ægri mox melius se habent. *Gabelchov. l. d.* Valent contra fluxum sanguinis, *Sennert. l. c.* Oleum perlarum medetur abscessibus & ulceribus exedentibus, *Mylius & Aldrovand. apud Cas. de miner. l. 4. p. 2. c. 7.* Pulvis Perlarum, si cum unicornu & cornu cervi scobe misceatur pari pondere, adversus Exanthematum popularium perniciem singulare præsidium est, *Gabelchov. l. d.* Coagulum Perlarum exterius applicatum scirrhosos omnes tumores & frigidos tollit, *Faber. Myrothec. Spagy. l. 8. c. 6.* Essentiam Perlarum cancrum curare scribit *Reinec. thes. chym. l. 5. p. m. 166.* Quint. Essent. Perlar. valet etiam contra Varicæ seu Ficus, *id. ibid. p. 170.* Idem contra Elephantiasin, *ibid.*

§. 2. Margaritæ non perforatæ in capitis dolore adhibentur à *Paracelso, paragraph. l. 10.* Quinta Essent. Perlar. prophylacticum est omnium cerebri affectuum, *Faber. Myroth. Spagy. l. 3. c. 21.* Cerebrum roborant, *Sennert. phys. l. 5. c. 4.* Quint. Essent. Perlar. omnibus cerebri inflammationibus medetur, *Faber l. c.* Contra somnia horrenda & incerta commendat essentiam Perlarum, *Reinec. in Thesaur. chym. l. 1. p. 26.* Memoriam confortant, *Beguin. Tyrocin. chym. l. 2. c. 19.* Quint. Essent. Perlar. phantasiam curat, *Reinec. Thesaur. chym. l. 1. p. 14.* Melancholiæ resistunt, *Sennert. l. a.* Margaritæ præparatæ philti remedium sunt, *Borellus cent. 1. observ. 65.* Oleum Perlarum conducit ad phrenitidem, *Mylius Bass. chym. l. 4. tr. 2. c. 22.* Oleum & aqua Perlar. commendantur in chorea à *Paracelso lib. de morb. amentium tr. 2. c. 3.* Vertigines tollunt, *Beguin. l. d.* Quint. Essent. Perlar. prophylacticum est Apoplexiæ, *Faber Myrothec. Spagy. l. 3. c. 1.* Contra Epilepsiam commendatur Quint. Essent. Perlar. à *Reinec. Thesaur. chym. l. 1. p. 18.* In cura privationis sensuum vesanorum, tanquam confort. Quint. Essent. Perlarum laudatur à *Paracelso lib. de morb. ament. tr. 2. c. 5.* Oleum margaritarum ruborem oculorum tollit, *Reinec. Thesaur. chym. l. 1. p. 34.* Conferunt visui, *Sennert. l. a.* Lachrymas fluentes absumunt, *Autor. System. phys. Gothan. l. 4. part. spec. c. 2. §. 31.* Quint. Essent. Perlar. Auditum restituit, *Reinec. Thesaur. chym. l. 1. p. 41.* Dentes dealbant, *Beguin. Tyrocin. chym. l. 2. c. 19.*

§. 3. Mar-

§. 3. Margaritarum virtus experta & probata est omnium maximè ad roborandos & recreandos Spiritus, *Dioscoridas apud Mizaldum memorab. cent. 5. aphorism. 97.* Spiritus vitales augent, *Heurnius apud Michael. Febr. tr. de Scorzonera p. 153.* Idem Autor inter cordialia frigida refert. Spiritus puriores efficiunt, *Gabelchov. not. ad Bacc. de gemm. c. 16.* Profunt contra cardiacam, *Iohnson. Lexic. chym. p. 135.* Putredini cor-obsistenti obsistunt, *Fernelius method. medend. l. 5. c. 21.* Liqueor Perlarum febres juvat, *Reinec. Thesaur. chym. l. 6. p. 186.* Febris extraneæ cura minor in Perlis existit, inquit *Paracelsus comment. in lib. 9. paragraph.* Diamargaritum frigidum in omnibus febribus ardentibus ad cor & facultatem vitalem recreandam maximopere commendatur à Quercetan. pharm. dogm. restit. l. 1. c. 20. Magister. Perlar. palpitationem cordis tollit, *Angelus catalogo medicament. Spagy. f. 12. p. 124.* Adversus animi deliquia virtus illarum experta est, *Dioscorid. apud Mizald. l. a.* Balsamum Perlar. in curandis vulneribus pectoris omnibus aliis remediis præstat, *Faber Chirurg. Spagy. Sect. 2. c. 11.* Quint. Essent. Perlarum lac in mammillis auget, exiccatum restituit, *Reinec. thesaur. chym. l. 2. p. 6.* In suffocatione commendantur à *Paracelso lib. de ictericis c. 3.* Quint. Essent. Perlar. Astma curat, *Reinec. Thesaur. chym. l. 2. p. 54.* Coagulum Perlarum exterius applicatum membra exsiccata & tabida reficit, *Faber myrothec. Spagy. l. 8. c. 6.* Contra tabem conducit liqueor Perlar. *Reinec. thesaur. chym. l. 2. p. 70.* Quint. Essent. Perlar. Hecticam senectutis pellit, *id. ibid.* Contra phthisin magister. Perlar. conducit, *Angel. catalog. medicam. Spagy.* Ad tussim coquendam optimum est remedium diamargarit. Platearii, *Renodæus Antidot. l. 3. f. 1. c. 1.*

§. 4. Diamargaritum calidum *Avicenna* ad cruditates ventriculi conducit, *Quercetan. pharm. dogm. restit. l. 1. cap. 20.* Quint. Essent. Perlar. sitim sedat, *Reinec. Thesaur. chym. l. 3. p. 79.* Quint. Essent. Perlar. hepatis affectus curat, Extractum Perlar. renes purgat, dolores vesicæ sistit, arenulas pellit, *Reinec. l. cir.* Quint. Essent. Perlarum contra calculum est insigne remedium, *Faber Myrothec. Spagy. l. 3. c. 21.* Margaritæ contra alvi fluxum utiles sunt, *Autor System. phys. Gothan. l. 4. part. spec. c. 2. §. 31.* Magister. Perlar. commendat contra Diarrhœam, *Reinec. Thesaur. chym.*

Chym l. 3. p. 96. Valent contra fluxum lyentericum, *Sennert. phys.* l. 5. c. 4. Magister. Perlarum dysenteriam sistit; *Reinec. thesaur.* l. 3. p. 96. Oleum Perlarum valet contra Hæmorrhoides, *Gabelchov. in not. ad Bacc. de gemm. c.* 16. Ad Tenesimum maximè commendatur magister. Perlar. ab *Angelo in append. de compos. medicam. c.* 3. Quint. Essent. Perlar. uterum aded roborat, ut ab omnibus ejus affectibus continuè utendo tandem liberet, *Faber Myriothec. Spagy.* l. 3. c. 21. Liquor Perlarum matricem calefacit. Extract. Perlar. cum aqua Pulegii uterum purgat. Uteri dolores cum aqua Melissæ sanat, *Reinec. thesaur. chym.* l. 4. Oleum Perlarum semeni cottigit; *Gabelchov. l. d.* Magist. Perlar. semen reddit prolificum, *Angel. catalog. medic. Spagy.* sect. 12. p. 125. Appetentiam Veneris excitant, *Beguin. Tyrocin. chym.* l. 2. c. 19. Ad juvandum conceptum commendantur à *Reinec. thes. chym.* l. 4. p. 116. Quint. Essent. Perlar. sterilitatem præcipuè fugat, *Faber myriothec. Spagy.* l. 3. c. 21. Fœtum in utero confortant, *Beguin. l. 4.* Magister. Perlar. solubil. maximè valet ad facilitandum partum, *Angelus in Append. de compos. medicam.* l. 4. p. 50. Retinent menses, *Johnson. Lexic. chymic. p.* 135. In suffocatione matricis confortativum est magister. Perlar. Liquor. menstrua alba sedat, *Reinec. thesaur. chym.* l. 4. Contra Gonorrhæam oleum Perlarum est remedium, *Mylius apud Cas. de miner.* l. 4. p. 2. c. 7. Arcanum Perlar. per spiritum Gujacei magnarum est virium in lue venerea, *Schræder. pharm.* l. 3. c. 7.

§. 5. Quinta Essentia Perlarum contracturam curat, *Faber. Myriothec. Spagy.* l. 3. c. 21. In paralyfi inter confortantia ponuntur Perlaræ à *Reinec. thesaur. chym.* l. 1. p. 22. Quinta Essentia Perlarum in resolutione & convulsione nervorum commodissimè adhibetur, *Faber myrioth. Spagy.* l. 3. c. 21. Spasmm curat Quint. Essent. Perlar. Membra laxa confortat arcanum Perlar. *Reinec. thesaur. chym.* l. 5. Contra Arthriticum morbum valet magister. Perlar. *Rolsinc. method. med. spec. comment.* l. 10. c. 1. & 5. Spiritus perlatus summum est secretum in Podagra, *Schræder. pharm.* l. 3. c. 7. Essentia Perlarum in Chiragra commendatur à *Paracelso lib. de restaurat. & renovat. p. m.* 827. Hæc de Margaritarum usu medico sufficiant.

CAP. XI.

DE

PRÆPARATIONE ET PRÆPARATIS MARGARITAR.

§. 1.

Præparationem margaritarum variis menstuis fieri posse, Eruditorum scripta probant. Die Perlen können auf keine weis anatomirt werden, als mit dem Spiritu, so auf dem Sale des roris majalis getrieben wird/ sagt Rhumel, Antidor. chym. p. 120. Cardanus solutionem illarum apud tonsson. Thaum. clas. 8. c. 15. ita describit: Ipsas integras primò lava, succumque limonum bis aut ter cola, inde merge, & Soli expone, in quinque aut sex diebus colliquantur. Citrei mali succus margaritas dissolvit, inquit Fernelius method. medend. l. 4. c. 3. Philippus Müller. in miraculis Chymico-medicis l. 4. c. 5. Ipretis spir. vitrioli & acet. distill. succo limonum, berberorum, &c. solutionem, ut ait, non adeò multis cognitam prolixè describit, quam vide. Simpli- cissima autem & optima videtur Crollio Bas. chym. p. m. 220. per acetum destillatum. Levinus Lemnius l. 2. de occultis natur. miracul. c. 36. Aceti, inquit, ea vis est, ut saxa corrodat atque comminuat, cujus aliquando experimentum feci, in margarita sed non admodum sumptuosa, ut erat Cleopatraz Egypt. Reg. quam illa aceto immerfam ac liquefactam (nam ejus vis aspera in tabem margaritas resolvit) absorbit. Gabelchov. in not. ad Bacc. de gemm. c. 16. Hunc præparationis modum describit: Præparatio margaritarum est, ut purgata sordibus & pelliculis adhaerentibus laventur ex aqua rosacea, & siccata terantur in mortario lapideo, pistillo ligneo: deinde arte levigentur porphyritide. Nec ullà ratione earum tritura aut ductio, in mortario aereo sive cupreo fieri debet, (veluti hodie plerique pharmacopolarum faciunt) ne ab illis quidquam substantiæ in margaritas deradatur, sed omninò super lapidem porphyrium diu terendæ sunt.

De Solutione Margaritarum vide Sennertum in Instit. Medic. Lib. 5. part. 3. §. 3. Cap. 15. p. m. 1141.

Et Cardano habet etiam hæc verba Weckerus de Secretis lib. II. cap. 2. in fin.

Sunt verba Plinii lib. 9. cap. 35.

Præparationis Modus.

E

§. 2. Præ-

Sal Perlarum. §. 2. Præparatur autem ex margaritis I. Sal Perlarum. hoc modo: Perla nigra manentes & ignita extinguantur in aquâ vitæ fortissimâ, idque sæpius, & hæc est ipsarum calcinatio. Postea dissolvantur in succo limoniorum vel berberorum, qui succus post illarum dissolutionem rursus separetur, & quod in fundo remanet, (quodque postea pluries cum aquis cordialibus, dissolvi & coagulari potest, ad aciditatem dissolventis acidi, tollendam) dicitur sal sive essentia Perlarum, *Quercetanus Pharm. dogm. restit. l. 1. c. 25.* Alios modos salis præparandi vide apud *Crollium Bas. chym. p. 220. Schræder. pharm. l. 3. c. 7. Sennert. Instit. medic. l. 5. p. 3. s. 3. c. 15. Rolsinc. in chym. in A. E. R. l. 5. sect. 2. c. 40.*

Magisterium Perlarum. §. 3. II. Magisterium perlarum, quod ex *Muffeto Sennert. l. c.* ita describit: Margaritas contusas, & in pulverem minutissimum redactas, imbihe spiritu vini optimo, ut quinq; latos digitos superemineat, & equino simos vel lento balnei calore per mensem integrum digere; quo tempore spiritus vini instar malvatici fulvum colorem acquiret; quem effunde, alium affunde, iterumque digere; idque toties fac donec colorari desinit: Spiritus vini evaporet, & magisterium bis vel ter aquâ destillatâ abluatur, & habebis magisterium; ut vocatur perlarum. Alios modos vide apud *Beguin. Tyrocin. chym. l. 2. c. 19. Rhumel. in Antidor. chym. p. 120. Schræder. pharm. l. 3. c. 7. Quercetanus. pharm. dogm. restit. l. 1. c. 25. & c.*

Flores Perlarum. §. 4. III. Flores perlarum hoc modo: solvuntur Perlarum aceto destillato, solutio digeritur aliquandiu, (per mensem) dein abstrahitur acetum destillatum, & tandem fortiori igne elevantur flores. *Libavius in Syntagm. l. 2. cap. 25. apud Schræder. l. d.*

Spiritus Perlatus. §. 5. IV. Spiritus perlatus. Recipe Sal vel Magister. Perlar. ℥vj. Terræ sigill. ℔i. m. ac imbihe cum s. q. olei perlar. & fac globulos, quos exiccatos destilla per retortam, uti destillatur Spiritus salis. Rectifica ac serva pro usu. *Schræder. l. d.*

Quinta Essentia Perlarum. §. 6. V. Quinta Essentia Perlar. h. m. margaritæ in alcohol tenuissimum redactæ solvendæ sunt aceto acerrimo stillatio multoties rectificato. Solutionem omnem in balneo tepenti per mensem integrum digerendam præcipimus, ut melius

melius margaritarum dissolvatur compago; digesta materia, per balneum destillanda est; reliquum verò evaporandum in scabellâ argentea, & siccandum. Siccatum iterum solvendum aceto acerrimo, & iterum evaporandum est omne humidum, salque margaritarum, qui remanet in fundo, purificandus est, & summo opere depurandus, donec dulcis sit, & fundatur & liquetur facillimè sicut cera: tum demum, cum vini alchoocle purissimo circulandus est per octo dies in vase clauso, deinde destillandus est liquor ille pretiosus & corbando sublimandus est, sal margaritarum donec ascendat nive candidior, & saccharo ipso dulcior, qui per se servari potest in phialis optimè clausis, aut cum liquore aureo permisceri & servari ad usus miraculosos. *Faber. Myrothec. Spagy. l. 3. c. 21.*

§. 7. VI. Syrupus Margaritarum h. m. fit. Sal margaritarum vulgari & communi methodo habendus est & parandus, hujus deinde ꝑj. permiscenda est cum lb ß succi buglossi depurati, & additâ sacchari sufficienti quantitate in syrupum excoquenda: huic Syrupo perfectè cocto adde quint. essent. margar. l. 3. c. 21. descript. ꝑij. misce & serva. *Faber l. d.*

Syrupus Margaritarum.

§. 8. VII. Coagulum Margarit. h. m. paratur: Margaritæ in aceto stillatitio dissolutæ; & per evaporationem aceti in salem conversæ, qui sal depuratus, perquam optimè & edulcoratus solutionibus & evaporationibus frequenter iteratis in aqua pluviali stillatitia: Sal tandem ille ita depuratus & connexus, optimo spir. vini ab omni phlegmate vindicato, coagulat spir. vin. in butyrum scissile, & coagulum candidum, vitreo vase reservandum ad usus stupendos, *Faber l. a.*

Coagulum Margaritarum.

§. 9. VIII. Balsamus margarit. præparatur aceto stillatitio, in quo dissolvantur margaritæ digestionibus variis & iteratis, in eodem aceto renovato & iterato, super sal quod relinquitur ex evaporatione primi aceti dissolventis illud sal purum putum factum solutionibus in aqua communi factis, & evaporationibus multoties iteratis, solvitur in spiritu vini optimo, & simul in vase vitreo oblongi colli digeruntur: deinde per destillationem separatim spiritu vini, & ultimo in recipienti novo colligitur spiritus seu balsamum margaritarum. *Faber. loc. cit.*

Balsamus Margaritarum.

Tinctura Perlarum. §. 10. IX. Tinctura Perlarum. ℞. Perlar. ʒß. Sp̄it. salis q. s. solve s. a. decanta, abstrahe, ut fiat pulvicula, quam elue aquâ stillat. circula cum spir. vini septimanas 6. tandem spirit. vini abstrahe, leni MB. calore. *Schröder. pharm. l. 3. c. 7.*

Diamargaritum frigidum. §. 11. X. Habemus in officinis diamargaritum frigidum, quod ita conficitur:

℞. Sem. Citruli.
 Melonum.
 Cucumeris.
 Cucurbitæ.
 Portulacæ.
 Papaveris albi.
 Rosar. rubear.
 Flor. nymphææ albæ.
 Borraginis.
 Baccar. myrti.
 Santali albi,
 citrini.
 Ligni Aloës.
 Zingiberis ana ʒj.
 Coralli albi
 rubei ana ʒß.
 Margarit. ʒ iij.

Pharmacop. Augustan. p. m. 68.

Diamargaritum calidum. §. 12. XI. Diamargaritum calidum, quod hoc modo paratur; *Pharm. August. l. d.*

℞. Margar. non perforatar.
 Pyrethri ana ʒj.
 Zingiberis
 Mastiches an. ʒ iij.
 Doronici
 Zedoariæ
 Petroselinii aut Apii
 Capsici l. utriusque Cardamomi
 Nucis moschatæ

Macis

Macis
Been utriusque
Piperis nigri
longi ana ʒ iij.
Cinnamomi ʒv. ibid.

*Manus Christi
Perlata.*

§. 13 XII. Manus Christi perlata: ʒ. Sacchiarum clarificati lb i. Aquæ rosar. lb. ʒ. coquantur ut est artis, in fine adde margar. subtilis. tritar. ʒ ʒ. *ibid. p. 84.*

§. 14. Alia præparata vide apud Rolsinc. *dissert. chym. 3. c. 8. seqq. Quercetan. Schræder. Faber. Gabelchov. Daniel Angel. Renodaum & alios ll cc.*

Virtute & Eruditione ornatissimo Iuveni,

DN. JOHANNI ÖRTELIO,

de Margaritis, sive de Unionibus &
Perlis disputaturo salut.

Cordis ad affectus PERLARVM est maximus usus,
ORTELI generis laus bene nota tui,
Seu foris usurpes illas, sive intus ad usum
Assumas medicum convenienter eas.

Namq; foris decori sunt, intus largiter agris
Pluribus in morbis commoda magna ferunt,
Huncq; usum ostendunt cordis dolor, atq; molestus
Languor, qui cruciat nocte dieq; simul.

Indicat & febris, qua vulgò dicta maligna:
Demonstrat pestis, lethifera illa lues:

Testis & est anima defectio, λεπτοδυσμίαν,
Authores græci quam vocitare solent:

Deniq; notificat πάλμος, cum nobile viscus
Cordis vi magna palpitat atq; tremis.

Hac mala cum PERLAE soleant compescere sapè,
Vtiliter studiis consulis ipse tuis,

*PEARLARVM historiam & vires quòd nôsse labores,
 Quam vanus sanè non erit iste labor:
 Sed pariet PERLAS & GEMMAS, splendida dona,
 Si fieri Medica Doctòr in arte velis.*

Melchior Sebizius D.

EXIMIO DNO. DISPUTANTI,

Amico suo dilecto,

Preciofa res est margarita, thefisbus his
 Tuis, AMICE, proposita. Spem concipe
 Proinde de TE fat bonam. Quippe indoles
 Hinc quoque Tua potest colligi: probata mihi
 Speciminibus pietatis, & Scientiæ,
 Plurifariis. Precor itaque ut TE dirigat
 Jehovah, & efficiat, ut id quod agis, benè
 Succedat. ita nomine licet sis OERTELIUS,
 Re tamen id eris, hæc quod jubet tractatio
 Sperare, me de TE. Quod opto, fac DOMINE!

scr.

Johannes Faustus, SS. Th. D.

Log. & Metaph. P. P. Coll. Phi-
 los. h. t. Decanus.

EXIMIE ORTELI,

Uniones exhibes, Unio Juvenum politiorum politissime!
 Coadunisti Physicæ Medicinam in *Vnion*e tua exasciatissi-
 ma. Ex uberrimis Eruditorum rivis confluit hic Tibi unionum
 Oceanus, è quo avidus prædæ doctioris animus non solam re-
 stinguet sitim; sed & thesaurum expiscabitur perquam pretio-
 sum. Quod alii primoribus degustarunt labris, plena Tu de-
 buccinas bucca. Adspirat noster Læmius, cum suo Epidaurio,
 conamini, non juvenili, sed masculino; & PERGENTI nectet
 corollam immarcessibilem, utpote DIGNO.

Quare

Quare perge, perge (currenti calcar addam) & tramiti, cui
 insistis, insiste decurrendo FELICITER; in medici salutis
 æternæ æternam gloriam; ægrorum anhelantium salutem &
 PATRIÆ Illustrissimæ illustre ornamentum.

Dedi Ricovilla

Vov:

XIII. Kal. Nov. clp. Idc. LXVIII.

Georgius Francus,

Medic. D. & P.

Pereximio Dno. Respondenti, Amico suo.

Fluctibus aut pelagi, aut terræ Natura cavernis
 Condidit abstrusas, provida mater, opes:
 Ut citrà ingentes nemo pretiosa labores
 Promeret, & fulgor gratior esset opum.
 Te quoque delectant nives candore lapilli,
 Erûtaque è conchis Unio pulchra suis.
 Sed mage delectat Veri nitor ille latentis,
 Unde animus quondam lumen habere potest.
 Hic sudare soles, nec Te labor arduus arcet:
 Scena manet dotes grandior ergò Tuas.

Boni ominis causa l.mq. scr.

M. Joh. Christophorus Artopœus.

Post longos igitur, dulcis Cognate, labores,
 Post vigiles noctes, post vigilesq; dies,
 Natura abstrusas quibus es scrutatus abyssos,
 Ingenii specimen qua queat esse tui
 In pelago inventa est, tam viribus Unio præstans,
 Quàm candore placens, Filia pulchra maris.
 Fortunet benè cœpta Deus. Sed quare deinceps
 Plura, tua mentis qua cumulentur opes,
 Unica ne desit, reliquas splendore revincens
 Unio, Salvator querere quem † docuit. † Matt. 13. 46.

Amicæ & faustæ gratulationis ergo sua vissimo
 meo Domino Agnato apposui

M. Philippus Oertel,

Past. Theovilla

ME memini multos homines habuisse docendos,
Parere qui voluere sic monitis meis,
Ut capiam jamdum vel gaudia mille, modesta
Ex vita eorum; sicque gratuler mihi.
Ultimus in numero non est Ortelius horum,
Quem docta Disputatio Doctis probat.
Huic, precor ex animo, studiorum ornatus honoris
Ex margaritis fiat ut quam maximus!

f.

Io. Henr. Rapp.

ESt labor assiduus, nec parca requiritur hora
Si quis lucretur tempus in arte suam,
Ut labor est, dum Concha suam vilissima gemnam
Prodat, ut è tenebris lumen adire queat,
Sic labor Aoniis magnus studuisse Camænis,
Donec in aprico lingua diserta fiet.
Senferat ÖRTELIUS mihi quæro Machaonis artem
Inquit, & hic meus est, est meus omnis amor,
Est amor, at magno duroque labore paratus
Nunc ars è Concha est, unio grata mihi
Unio grata Tibi, verum est, modo pende laborem;
Rebere TE frustra non studuisse rei.

*deproperabat mens & manus tam amica
quàm officiosa*

M. Joh. Friderici Meyeri,
Lipsiensis.

Quod prodis specimen tui laboris
Orteli, egregios libros sophorum
Te legisse probat. Paratus ergo
Scandis nunc cathedram, Decus Thalia,
Conscriptasq; theses tueris arte
Phæbus sicq; tibi dabit coronam,
Splendens unio sic canet per urbem
Conatum, studium canet per orbem,

Margarita

*Sic, sic iste feret proinde dulces
Fructus, quos animo precatur imo.*

Tuus, ut nosti, amicus certis:

G. W. Meichsner.

JOHANNES OERTEL.

per dupl. Anagr.

SERIO, LAETE, NON-
SINE HONORE TELA.

Silicet ut Martis qui castra cruenta sequuntur
Illustri nunquam possunt splendore Triumphos
Ducere, nî subeant prius ipsa pericula pugnae:
Sic quoque Pieridum qui dulcia castra tuentur,
Vincere si cupiant, & præmia ferre, labore
Ardua præduro faciant vincantque necesse est.
Ut modo doctarum proles quoque docta sororum
OER TELIUS monstrat, dum NON SINE HONORE
repellit

TELA, quibus petitur, docteque retorquet in hostes.
Sic SERIO vincit, sic LÆTE magna meretur
Præmia, quæ Medicæ dabit ipse Inventor Apollo
Artis victrici cum lauro tempora cinget.

Amicus Amico posuit

Fridericus Wieger, Arg.

ΙΩΑΝΝΗ: ΤΩ: ΟΙΡΤΗΛΙΩ: ΕΥΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Δόξ' ἰατρῶν παλῶς, ΓΑΛΗΝΟΥ, φίλε, μεγίστη,
Νῦν ζήσεις περὶ τῶν κάλλιψε ΜΑΡΓΑΡΙΤΩΝ.
Τένομα νῦν ἀκέως τεταρτημῶρριον, ἀλλὰ
Ἄξιον ἐξ ἀρέτης ἐκρίνε σ' ΑΡΓΥΡΟΠΗ.

τῆς φίλης τεκμήριον τῷ

ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΛΟΥΔΟΒΙΚΟΥ ΚΥΝΑΣΤ.

F

Qui

Qui totum in parva charta monstraverat Orbem
Ortelius, magnâ laude canendus erat.
Nomine qui gaudes, gaudebis & omine eodem,
Perge modo, & magna laude canendus eris.

*Amicorum charissimo
gratulab. adjecit*

Joh. Frideric. Leonhard,
Arg. Phil. Stud.

UNio, res preciosa quidem, testudinis alta
Dorsq;, munusq; datum visceribus tumidis:
Inferior tamen est longè clarâ indole, quam non
Vel Cleopatra sua aequet in aestimio.
Hâc fretus defende theses: Sic Vnio fies
Pulcher in Aonio fulgidus atque Choro.

Hisce pauculis animum magis
quàm Carmen habeas Tui

*M. Georg. Ludovic. Rögneri
Philos. Studios.*

SONNET

A Monsieur
LE DISPUTANT
DES MARGARITES,

à cause
DE LA MARGARITE
d'honneur & de la sagesse.

Hé bien! est ce le temps? le quel fera notoire,
Par cet ingenieux & très sçavant escrit,
Quelle soit la vertu de Vostre beau esprit,
Et combien de vigueur aye Vostre memoire?

Par cett' invention Vous mettez Vostre gloire
En un noble renom & honorable bruit.
Vous recevrez aussi du Parnassus le fruit,
Qui bien s'accordera à la belle victoire,
Que Vous emporterez de tous Vos adversaires,
Qui se sont efforcé de corrompre VOS PERLES!
Vous montrez, mon Amy, aux hommes du Pindus,
Que Vous avez acquis la Perle de sagesse
Par Vos labeurs, (ausquels responde la noblesse)
Et que ce *petit* † *quart* vaut plus que *mil escus*.

† ein Ortel.

*fait en haste par Vostre
tres affectionné*

J. V. Willius de Colmar.

Dic, age! quí fiat, quod baccas, munera ponti
Fulgida, tám solers enumerare velis?
ORTEL, enim miror, doctà quod mente volutes,
QUARTA modo NUMMI PARS, pretiosa maris.
AUDACES FORTUNA JUVAT, TIMIDOSq; RELINQUIT:
Audacter properas rem solidare fide.
Sed bene, nam meruit decus ingenii, labor, obvia virtus:
Thespiadumque cohors, arte reclusit opes.
Idcirco lætus, meritum quoque grator honorem,
Quem vires mentis promeruerè TIBI.
Vela dabis famæ, sparges præconia laudum,
Et studium flagrans culta Minerva canet.

Tuus

Joh. Nicolaus Kämpffer. Arg.

Mann dort in Persien/ und andern Morgen-landen/
Zur Perlen- fischerey bequeme Zeit fürhanden/
Saumt sich der Fischer nicht/ nimt die gelegenheit
Weil sie noch ist/ in acht/ verlieret keine Zeit/
Müß seinen Nachen zu/ eilt alles anzustellen.
Drauff fährt er ohn verzug mit seinen Mit- gesellen
Hin auff die stille See/ und waget da ein stück/
Das mancher wohl nicht glaube: ihn halt kein angst zurück/
Kein

Rein bleiche Furcht/ kein grauß: steigt kühnlich auß dem Nachen/
 Vnd laffet sich am Strick' in Amphitriten's Nachen.
 Die reiche Hoffnung macht ihn aller Sorgen leer/
 Vnd dencken bey sich selbst: was nuzet ist auch schwer.
 Nun ist er wie im Grab: doch nicht bey denen Toden/
 Geht in dem Meer herum/ und sucht auff dessen Boden/
 Der nicht zu gründen schien' / das schöne Schnecken- kindr'
Das manchen Hals muß zier'n Vnd wann er es dan findt/
 So gibt ers alsobald mit starkem Saile ziehen
 Den'n andern zu versteh'n/ die sich dann gleich bemühen/
 Vnd ziehen ihn behend auß Ehetis tieffem Schlund.
 Jetzt sieht der Sonnen Liecht/ was allererst im Grund
 Des Meers verborgen lag: Jetzt ist der Mann voll Freudn/
 Vnd fahret an das Land in tausend Fröligkeiten.
 Der reiche Fund muß ihm auch geben reichen Lohn/
 Er trägt für Arbeit Ruh/ für Sorgen Lust davon.
 Du meiner Freunde Perl! das ich im Herzen trage/
 Vnd nimmer nimmermehr auß meinen Sinnen schlage/
 Mit Dir ist's gleich also. Du nahm't die Zeit in acht/
 Hast Dich in Kindheit noch auch auff die See gemacht:
 Hast immer nach dem Schaz/ so ewig macht/ gerungen:
 Bist durch das tieffe Meer/ doch ohn Gefahr gerungen/
 Das Meer/so niemand schad't/ wer auff ihm undergeht/
 Vnd reicht den Grund/ stirbt nicht/ sein Name wird erhöht
 Bis an das Sternen- dach. Bis hieher war dein Sorgen/
 Wie Du erforschen mög'st/ was die Natur verborgen
 In thren Tiefen hält. Du hast es auch erlangt.
 So ist's ein hoher Sinn/ der nur mit Zugend prangt/
 Der ungeschminckten Zier/ der darff sich unterwinden/
 Was unerforschlich scheint/ durch forsch'n zuergründen.
 Vnd es gelingt ihm auch: er dringet durch die Fluht/
 Vnd reicht den grund. Was machts? der Himmel ist ihm gut.
 Wenn and're ihre Zeit/ den Schaz/ so nicht zu schätzen/
 Mit schlinglen zugebracht: wann jene ihr ergözen
 Im Spielen stäts gesucht: und diese ihren Spas/
 Vnd höchste Wohl- lust nur in einem andern Nas:
Sieng'stu

Sieng'ſtu im Meer herum / durchſuchteſte die Gaben /
 Die Gottes fluge magd Natura da vergraben.
 Dein ungeſparter Fleiß / dein Vorſatz / dein Verſtand
 War dir des ſchönen Funds mehr als gewiſſes Pfand.
 Und ſieh! jetzt haſtu ſchon / was Du geſucht / gefunden :
 Jetzt haſtu alle Müh und Arbeit überwunden /
 Drum kriegſtu auch den Lohn. Dein Suchen / ſtärer Fleiß
 Gibt Dir das ſchöne Perl / das Perl / den höchſten Preis /
 Das Perl / das deinen Nahm läßt nimmermehr veralten /
 Das Perl / ſo ſchöner iſt / und köſtlicher zu halten /
 Als das Cleopatra in Eſſig hat verzehret /
 Als das / ſo weyland war zu ſeiner Croon bekehret
 Dem Kaiſer von Byzanz. Ich wünſch' Dir Glück und Segen /
 Das Perl / ſo allen iſt an Schönheit überlegen /
 Das Perl / Dem keines gleicht / Das alles überſteigt /
 Und gegen Dem allzeit / was Erd und See erzeuget /
 Für Roor zu ſchätzen iſt / laß Dich in tieffen Gründen /
 Im Meer der Wiſſenſchaft noch weiter Perlen finden /
 So wird dein ſchöner Ruhm niemahlen undergehn /
 Du meiner Freunde Perl! wirſt bey der Sonnen ſtehn.
 So / wertheſter Freund! ſchreibet dein
 Johann Georg Zittelin / Argent.

Perge Decus juvenum fortis conſcendere doctum
 Nunc in conflictum; Phyſica bella gere.
 Splendida cum fructu quoque MARGARITA manebit
 Ad laurum Tibi, quem neſcit *Honeſta Manus*.
 Gratulor ad ſtudium, quod cœptas, dulcis Amice!
 I modo nunc conſtans: TE decorabit Honor.

M. Iohannes Schmid, Arg. S.S. Th. Stud.

Immenſas Orientis opes pretioſaque Ponti
 Munera, Erythræis condita grana vadis;
 Perdere quæ ſanctos aſſueta induſtria mores,
 Eruit è medio luxurioſa mari;
 Culturus ſtudiis mores ORTELIUS illa
 Utilius doctis eruit, ecce, libris.
 Ipſe erit in cenſu labor hic famaſque petitus
 Amulus antiquis unio divitiis.

Mellâ Plato & dulci sit Tullius ore locutus;
Hic pretium gemmis vindicat eloquio.

f.
Johannes Beecherus.

D muschel, töchter ir/ ir Wasser. Naiadinnen/
Wi prange ir tegt so hoch/ wi swimme ihr so empor
Mit eurer silber. pracht/ fast bis zum Sternen. Chor/
Mus euer feuchtes Reich solch lob an euch gewinnen?
Wolan ich weiß es schon/ di Kunst. besonnen Sinnen
Di euch mein ander Ich/ zu Dinste stellt hervor/
Di traagen euren Rum bis an Olympens thor
Durch nette Wissenschaft. Dancks/ dancks den'n Pimpeleinnen/
Di di Hand euch gegönnt. An statt der Danckbarkeit
Müsse ir den schönen Sinn noch schöner schön beschönen/
Laßt eure Schazbarkeit di weisen Glaffe crönen
Mit pracht/ di nacht noch macht noch anders nichts zerstreut.
Doch rechet ir mit jm/ ob eure Mondes Pracht
In adelt/ oder Er euch durch der Feder macht!

Andreas Rübner.


JOHANNES ORTELIUS.

^{ἀναγ. πορ. π. π.}
NIL! UNIO ES ET ROSA!
EN! SEU LITAS HONORI
SEU LITERIS, NON ^{ἀπ.}

^{Ἐξήγησις.}
TU NIL ES, nisi bella *Margarita*:
Nam compactus es ex scientiis, &
Constas ex probitate pene totus!
Et cum sedulus expedito HONORI
SEU pulcris LITERIS LITAS, relicto
Tō ^{ἀπ.} Veneris, maloque Bacchi
Ufu, hinc ex merito TUO canemus:
NIL ES, quàm ROSA, clarus UNIOq;.

Amico transmittēbam è Marchia
Rutilius Fuchs Röttelanus.

F. I. N. I. S.



8380